A. D. 1910. N^rus IX.

CURRENDA

LITTERAE ENCYCLICAE

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis pacem et communionem cum Apostolica Sede habentibus.

PIUS PP. X.

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Editae saepe Dei ore sententiae et sacris expressae litteris in hunc fere modum, iusti memoriam fore cum laudibus sempiternam eundemque loqui etiam defunctum [1]), diuturna Ecclesiae opera et voce maxime comprobantur. Haec namque sanctitatis parens et altrix, iuvenili robore vigens ac Numinis afflatu semper acta propter inhabitantem spiritum eius in nobis [2]), quemadmodum iustorum sobolem nobilissimam ipsa una gignit, enutrit, ulnisque complectitur suis, ita materni amoris instinctu de ipsorum retinenda memoria atque honore instaurando se praebet apprime sollicitam. Ex ea recordatione superna quadam suavitate perfunditur et a mortalis huius peregrinationis miseriis contuendis abducitur, quod beatos illos caelicolas gaudium suum et coronam esse iam cernat; quod in ipsis eminentem agnoscat

[1]) Ps. CXI, 7; Prov. X, 7; Hebr. XI, 4.
[2]) Rom. VIII, 11.

ENCYKLIKA OJCA ŚW. PIUSA X.

do wszystkich patryarchów, prymasów, arcybiskupów, biskupów i ordynaryuszów, pozostających w zgodnej łączności ze Stolicą Apostolską [1]).

To, co Bóg powiedział nieraz w Piśmie św., że pamiątka sprawiedliwego będzie trwała wiecznie z chwałą i że on umarłszy jeszcze mówi [2]), to sprawdza się najwięcej w długiej działalności i w nauce Kościoła. Ta bowiem matka i żywicielka świętości, pełna siły młodocianej i zawsze w ruch wprawiana tchnieniem Boskiem „dla Ducha Jego w nas mieszkającego“ [3]), jak sama jedna rodzi i wychowuje w objęciach swoich najszlachetniejsze plemię sprawiedliwych, tak też ona pod wpływem miłości macierzyńskiej okazuje się szczególnie troskliwą o zachowanie ich pamięci i o cześć im należną. To wspomnienie przejmuje Kościół niebiańską jakąś radością i odwraca jego uwagę od utrapień ziemskiej tej pielgrzymki, ponieważ widzi już w szczęśliwych owych mieszkańcach niebios wesele swoje i koronę, — ponieważ w nich rozpoznaje wizerunek szczególnie piękny niebieskiego Oblubieńca, ponieważ nowem świadectwem

[1]) Tłómaczenie „Gazety Kościelnej“.
[2]) Ps. 111, 7. Prov. 10, 7. Hebr. 11, 4.
[3]) Rom. 8, 11.

Sponsi caelestis imaginem; quod novo testimonio suis filiis antiqua dicta confirmet: diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti[1]). Horum autem praeclara facinora, non modo sunt ad commemorandum iucunda, sed etiam ad imitandum illustria, et magnus virtutis excitator est concentus ille sanctorum Paulinae resonans voci: imitatores mei estote sicut et ego Christi[2]).

Ob haec, Venerabiles Fratres, Nos, qui vixdum suscepto pontificatu maximo, propositum significavimus enitendi constanter, ut „omnia instaurarentur in Christo"; datis primum encyclicis litteris[3]) impense curavimus, ut Nobiscum omnes intuerentur in apostolum et pontificem confessionis nostrae,... in auctorem fidei et consummatorem Iesum[4]). At quoniam ea fere est infirmitas nostra, ut tanti exemplaris amplitudine facile deterreamur, providentis Dei numine, aliud a nobis est exemplar propositum, quod quum Christo sit proximum, quantum humanae licet naturae, tum aptius congruat cum exiguitate nostra, Beatissima Virgo Augusta Dei Mater[5]). Varias denique nacti occasiones recolendae memoriae sanctorum caelitum, communi admirationi obiecimus fideles hosce servos ac dispensatores in domo Domini, et, prout suus cuique locus est, Eius amicos ac domesticos, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iusti-

[1]) Rom. VIII, 28.

[2]) I Cor. IV, 16.

[3]) Litt. Encycl. „E supremi", die IV m. Octobr. MCMIII.

[4]) Hebr. III, 1; XII, 2—3.

[5]) Litt. Encycl. „Ad diem illum", die II m. Februar. MCMIV.

potwierdzić może synom swoim stare słowa, że „tym, którzy miłują Boga, wszystko dopomaga ku dobremu, tym którzy są wezwani podług postanowienia święci"[1]). Chwalebne zaś ich czyny nietylko są miłe ku wspomnieniu, ale też jaśnieją jako wzory do naśladowania i wielką jest pobudką do cnoty owo wezwanie Świętych zgodne ze słowami Pawła: „Bądźcie naśladowcami moimi, jakom i ja Chrystusów" [2]).

Dlatego My, Czcigodni Bracia, którzyśmy niebawem po objęciu najwyższego pontyfikatu wyrazili postanowienie, że będziemy usiłowali wytrwale „odnowić wszystko w Chrystusie", w pierwszym liście okólnym[3]) staraliśmy się usilnie zwrócić oczy wszystkich na „Apostoła i najwyższego kapłana wyznania naszego... na przodka i kończyciela wiary Jezusa" [4]). Ale ponieważ taka jest słabość nasza, że łatwo nas odstrasza wielkość tak wzniosłego wzoru, więc z łaski Opatrzności Boskiej mogliśmy wskazać na inny jeszcze wzór, który zbliżając się najbardziej do Chrystusa, o ile to możliwe jest dla natury ludzkiej, więcej odpowiada naszej małości, na Najświętszą Dziewicę, Matkę Bożą[5]). Z różnych wreszcie korzystając sposobności, przy których moglibyśmy uczcić pamięć Świętych, wezwaliśmy wszystkich do podziwiania owych sług wiernych i szafarzy w domu Bożym i — jako każdemu wyznaczono tam miejsce — Jego przyjaciół i domowników, którzy „przez wiarę zwalczyli królestwa, czynili sprawiedliwość, dostąpili

[1]) Rom. VIII, 28.

[2]) I Cor. IV, 16.

[3]) Encykl. „E supremi" z 4. paźdz. 1903.

[4]) Hebr. III, 1; XII, 2.

[5]) Encykl. „Ad illum diem" z 2. lut. 1904.

tiam, adepti sunt repromissiones[1]), ut illorum exemplis adducti, iam non simus parvuli fluctuantes et circumferamur omni vento doctrinae, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris; veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus[2]).

Altissimum hoc divinae Providentiae consilium in tribus maxime viris perfectum fuisse docuimus, quos magnos pastores eosdemque doctores diversa quidem aetas tulit, sed aeque propemodum Ecclesiae calamitosa. Hi sunt Gregorius Magnus, Ioannes Chrysostomus et Augustanus Anselmus, quorum saecularia solemnia celebrari contigit per hos annos. Binis praeterea Encyclicis Litteris datis IV. Idus Martias anno MCMIV. et XI. Calend. Maias MCMIX., doctrinae capita et christianae vitae praecepta, quotquot opportuna cadere in haec tempora visa sunt, e sanctorum exemplis monitisque decerpta, fusius evolvimus.

At quoniam persuasum Nobis est, ad impellendos homines, illustria Christi militum exempla longe magis valitura quam verba exquisitasque disceptationes[3]); — oblata feliciter opportunitate libentes utimur saluberrima instituta ab alio pastore sanctissimo accepta commendandi, quem huic aetati propiorem iisdemque paene iactatum fluctibus Deus excitavit, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem, Mediolanensium Antistitem, ante annos CCC. a sa. me. Paulo V. in sanctorum album relatum, Carolum Borromeum. Nec id minus ad rem; siquidem, ut memorati Decessoris Nostri verba usurpemus: „Dominus, qui facit mirabilia magna solus,

[1]) Hebr. XI, 33.
[2]) Eph. IV, 11 seq.
[3]) Encycl. „E supremi".

obietnic"[1]) — ażebyśmy idąc za ich przykładem „już nie byli dziećmi chwiejącemi się i nie byli uniesieni od każdego wiatru nauki przez złość ludzką, przez chytrość na oszukanie błędu a czyniąc prawdę w miłości, żebyśmy rośli w Nim we wszystkiem, który jest głowa Chrystus"[2]).

Ten zamysł najwznioślejszy Opatrzności Boskiej okazaliśmy spełniony w trzech przedewszystkiem mężach, wielkich pasterzach i nauczycielach, których wydały wieki różne, ale prawie jednakowo nieszczęśliwe dla Kościoła. Są to: Grzegorz Wielki, Jan Złotousty i Anzelm z Aosty, których rocznice obchodziliśmy w latach ostatnich. Nadto w dwóch listach okólnych z 12. marca 1904. i 21. kwietnia 1909. rozwinęliśmy obszerniej pewne prawdy i przepisy życia chrześcijańskiego, zaczerpnięte z przykładów i nauk Świętych, które zdawały się odpowiednie dla naszych czasów.

Ale ponieważ jesteśmy przekonani, że daleko większy wpływ wywierają na ludzi świetne przykłady żołnierzy Chrystusowych niż słowa i górne rozprawy[3]), — więc chętnie korzystamy z nadarzającej się sposobności, żeby zalecić nader zbawienne nauki, otrzymane od innego świętego pasterza, który był bliższy naszego czasu i temi samemi prawie był miotany falami: św. Kościoła rzymskiego Kardynała, Arcybiskupa medyolańskiego, przed trzystu laty zapisanego przez Pawła V. do księgi Świętych, Karola Boromeusza. A nie będzie to od rzeczy, bo jak mówi wspomniany Nasz Poprzednik: „Pan, który sam czyni wielkie dziwy, uczynił nam w ostatnich czasach wielkie

[1]) Hebr. XI, 33.
[2]) Eph. IV, 11 sq.
[3]) Encykl. „E supremi".

magnificavit novissime facere nobiscum, ac miro dispensationis suae opere statuit super Apostolicae petrae arcem grande luminare, eligens sibi e gremio sacrosanctae Romanae Ecclesiae Carolum, sacerdotem fidelem, servum bonum, formam gregis, formam Pastorum. Qui videlicet multiplici fulgore sanctorum operum universam decorando Ecclesiam, sacerdotibus et populo praeluceret quasi Abel in innocentia, quasi Enoch in munditia, quasi Iacob in laborum tolerantia, quasi Moyses in mansuetudine, quasi Elias in ardenti zelo, quique imitandum exhiberet inter affluentes delicias Hieronymi corporis castigationem, Martini in sublimioribus gradibus humilitatem, Gregorii pastoralem sollicitudinem, libertatem Ambrosii, Paulini caritatem, ac demum videndum ac perspiciendum ostenderet oculis nostris, manibus nostris contrectandum hominem, mundo maxime blandiente, crucifixum mundo, viventem spiritu, terrena calcantem, caelestia iugiter negotiantem et, sicut officio in angelum substitutum, ita etiam mente et opere vitam angelorum in terris aemulantem“ [1]).

Haec Decessor ille Noster exactis quinque lustris ab obitu Caroli. Nunc vero, expleto anno tercentesimo ab impertitis eidem sacris honoribus, „merito repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exsultatione in insigni die solemnitatis nostrae,... in qua... Carolo S. R. E., cui, auctore Domino, praesidemus, Presbytero Cardinali sacris decernendis honoribus, unicae Sponsae suae nova imponeretur corona, ornata omni lapide pretioso“. Communis autem cum Decessore Nostro fiducia Nobis est, ex contemplatione gloriae sancti Viri, multoque magis ex eiusdem documentis et exem-

[1]) Ex Bulla „Unigenitus“ an. MDCX, Cal. Nov.

rzeczy i podziwienia godnem zrządzeniem swojem postawił wysoki świecznik na zamku skały Piotrowej, wybierając sobie z grona św. Kościoła rzymskiego Karola, kapłana wiernego, sługę dobrego, wzór dla owczarni, wzór dla pasterzy, ażeby zdobiąc Kościół cały wielorakim blaskiem czynów świętych, przyświecał kapłanom i ludowi, jak Abel niewinnością, jak Enoch czystością, jak Jakób cierpliwością w mozołach, jak Mojżesz łagodnością, jak Eliasz płomienną gorliwością i żeby stawiał nam przed oczyma do naśladowania: wśród napływu rozkoszy umartwienie cielesne Hieronima; na wyższych stanowiskach pokorę Marcina; troskliwość pasterską Grzegorza, śmiałą otwartość Ambrożego, miłość Paulina; żeby wreszcie oczy nasze oglądały, a ręce mogły dotykać się człowieka, — wśród pochlebstw największych świata — ukrzyżowanego światu, żyjącego duchem, depcącego wszystko, co ziemskie, dążącego zawsze do nieba i jak w urzędzie swoim zastępował anioła, tak współzawodniczącego na ziemi w myślach i czynach z życiem aniołów“ [1]).

Tak pisał ów Poprzednik Nasz 25 lat po śmierci Karola. Teraz zaś, skoro upłynęło lat 300 od zaliczenia go w poczet Świętych „słusznie są usta nasze i język pełne radosnego uniesienia w tym dniu szczególnie uroczystym, w którym, pod Naszem z woli Bożej przewodnictwem, przyznana jest cześć należna Świętemu Karolowi, kapłanowi Kardynałowi św. Kościoła rzymskiego i przez to włożona Oblubienicy jego nowa korona, wszelkim kamieniem drogim ozdobiona“. Podzielamy zaś z Poprzednikiem Naszym tę ufność, że rozważanie chwały św. Męża, a daleko więcej jeszcze jego nauki i przy-

[1]) Z bulli „Unigenitus“ z 1. list. 1610.

plis, debilitari posse impiorum proterviam et confundi omnes, qui „gloriantur in simulacris errorum“ [1]). Itaque renovati Carolo honores, qui gregis ac pastorum huius aetatis exstitit forma, sacraeque disciplinae in melius corrigendae impiger fuit propugnator et auctor adversus novos homines, quibus, non fidei morumque restitutio proposita erat, sed potius deformatio atque restinctio, quum solacio ac documento erunt catholicis universis, tum iisdem stimulos addent, ut in opus, cui tam impense studemus, instaurationis rerum omnium in Christo, strenue conspirent.

Exploratum profecto vobis est, Venerabiles Fratres, perpetuo exagitatam Ecclesiam deseri a Deo nunquam omni consolatione destitutam. Eam namque Christus dilexit... et semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret et exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata [2]). Quin etiam, quo effusior licentia, quo acrior hostilis impetus, quo erroris insidiae callidiores afferre illi supremum videntur exitium, usque adeo, ut filios non paucos de gremio eius avulsos in vitiorum et impietatis gurgitem transversos agant, eo praesentiorem experitur tutelam Numinis. Efficit enim Deus, ut error ipse, velint nolint improbi, in triumphum cedat veritatis, cui custodiendae Ecclesia advigilat; corruptio in incrementum sanctitatis, cuius altrix ipsa est atque magistra; vexatio in mirabiliorem salutem ex inimicis nostris. Ita fit ut, quo tempore Ecclesia profanis ocu-

[1]) Ex eadem Bulla „Unigenitus“.
[2]) Eph. V, 25 sqq.

kłady mogą osłabić zuchwałość bezbożnych i zawstydzić wszystkich, którzy „chlubią się bałwanami błędów“ [1]). Tak więc nowe uczczenie Karola, który był wzorem dla wiernych i dla pasterzy owego czasu i walczył bez wytchnienia dla naprawy karności świętej przeciwko nowatorom, dążącym nie do oczyszczenia, ale raczej do zepsucia i zniweczenia wiary i obyczajów, — będzie pociechą i nauką dla wszystkich katolików, a nadto doda im bodźca, żeby przyczyniali się usilnie do dzieła, które nam tak bardzo leży na sercu; do odnowienia wszystkiego w Chrystusie.

Wiecie niewątpliwie dobrze o tem, Czcigodni Bracia, że jakkolwiek Kościół ciągłych doznaje niepokojów, to przecież nigdy go Bóg nie opuszcza i nie pozbawia go wszelkiej pociechy. Jego bowiem „Chrystus umiłował i samego siebie wydał zań, aby go poświęcił... aby sam sobie wystawił Kościół chwalebny, nie mający zmazy albo zmarszczki, albo czego takowego, ale iżby był święty i niepokalany“ [2]). Co więcej, im bardziej jest rozkiełzana swawola, im gwałtowniejszy napad nieprzyjacielski, im chytrzejsze zasadzki błędu zdają się mu grozić zagładą ostateczną, tak, iż one niemało z jego synów odrywają od jego łona i wciągają w wir występków i bezbożności, tem wyraźniejszej doświadcza on opieki Opatrzności. Sprawia bowiem Bóg, że sam błąd, wbrew woli ludzi niegodziwych, gotuje tryumf prawdzie, której czujnie strzeże Kościół, — że zepsucie przyczynia się do wzrostu świętości, której on jest wychowawcą i nauczycielem, — udręczenie do bardziej podziwu godnego „wybawie-

[1]) Z bulli „Unigenitus“
[2]) Eph. V, 25 sqq.

lis videtur saevioribus iactata fluctibus ac paene demersa, tunc nempe pulchrior, validior, purior emergat, maximarum emicans fulgore virtutum.

Sic Dei summa benignitas novis argumentis confirmat, Ecclesiam opus esse divinum; sive quod in causa suscipiendi doloris maxima, ob irrepentes in ipsa eius membra errores et noxas, ei det superandum discrimen; sive quod ratum efficiat Christi verbum: Portae inferi non praevalebunt adversus eam [1]), sive quod eventibus illud comprobet: ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi [2]), sive denique quod arcanae virtutis testimonium perhibeat, qua promissus a Christo, maturo huius in caelum reditu, alius Paraclitus in ipsam iugiter effunditur, ipsam tuetur et in omni tribulatione solatur; spiritus, qui cum ipsa maneat in aeternum; spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum nec scit eum, quia apud vos manebit et apud vos erit [3]). Hoc ex fonte vita et robur Ecclesiae derivatur; hinc quod eadem, ut Concilium Oecumenicum Vaticanum habet, manifestis notis instructa et „tanquam signum levatum in nationes", a quavis alia societate secernitur [4]).

Nec sane absque divinae potentiae prodigio fieri potest ut, diffluente licentia et passim deficientibus membris, Ecclesia, quatenus est corpus Christi mysticum, a doctrinae, legum finisque sui sanctitate nunquam desciscat; ex iisdem rerum causis pares consecutiones et utilitates derivet: ex complurium filiorum

[1]) Matth. XVI, 18.
[2]) Matth. XXVIII, 20.
[3]) Ioan. XIV, 16 sqq., 26, 59; XVI, 7 sqq.
[4]) Sessio III, c. 3.

nia od nieprzyjaciół naszych". Tak dzieje się, że kiedy Kościół wydaje się oczom profanów sroższemi falami miotanym i prawie przez nie pochłoniętym, wtedy wynurza się piękniejszy, silniejszy, czystszy, największych cnót blaskiem jaśniejący.

Tak dobroć Boża nowymi stwierdza dowodami, że Kościół jest dziełem Boskiem: bądź to sprawiając, że on wychodzi zwycięsko z prób najboleśniejszych, kiedy sami jego członkowie popadają w błędy i przewinienia; bądź okazując prawdę słów Chrustusowych: „Bramy piekielne nie zwyciężą go" [1]); bądź przekonywując faktami o tem, co powiedział: „Oto ja jestem z wami po wszystkie dni, aż do skończenia świata" [2]); bądź wreszcie dając świadectwo mocy ukrytej, której przyobiecany przez Chrystusa, wracającego do nieba, „inny Pocieszyciel" ciągle Kościołowi udziela, strzegąc go i pocieszając we wszelkiem utrapieniu — Duch, który z nim „mieszka na wieki; Duch prawdy, którego świat przyjąć nie może, bo go nie widzi, ani go zna. Lecz wy poznacie go, iż u was mieszkać będzie i w was będzie" [3]). Z tego źródła wypływa życie i moc Kościoła i to, że on wyróżnia się, jak uczy Sobór powszechny watykański, widocznemi znamionami od wszystkich innych społeczeństw, „jak znak podniesiony wśród narodów" [4]).

Nie może też z pewnością inaczej, jak tylko cudem potęgi Bożej, spełniać się to, że wśród rozpasania swawoli i kiedy wielu jego członków ulega zepsuciu,

[1]) Math. XVI, 18.
[2]) Math. XXVIII, 20.
[3]) Joan. XIV, 16, 26; XVI, 7 sqq.
[4]) Sessio III, c. 3.

fide ac iustitia fructus capiat salutis uberrimos. Nec minus perspicuum haustae a Deo vitae habet indicium, quod in tam foeda pravarum opinionum colluvie, in tanto perduellium numero, in errorum facie adeo multiplici, constans et immutabilis perseveret columna et firmamentum veritatis, in unius professione doctrinae, in eadem communione sacramentorum, in divina sui constitutione, in regimine, in disciplina morum. Idque eo plus habet admirationis, quod ipsa, non solum resistit malo sed etiam vincit in bono malum, nec bene precari desinit amicis atque inimicis, de eo tota laborans idque assequi cupiens, ut et communitas hominum et seorsim singuli christianis institutis renoventur. Est enim hoc proprium eius munus in terris, cuius beneficia vel ipsi eius inimici sentiunt.

Mirabilis hic Dei providentis influxus in instaurationis opus ab Ecclesia provectum luculenter apparet ea maxime aetate, quae ad bonorum solacium dedit Carolum Borromeum. In eo dominatu cupiditatum, omni fere perturbata et offusa cognitione veritatis, perpetua erat cum erroribus dimicatio, hominumque societas in pessima quaeque ruens, gravem videbatur sibi conflare perniciem. Inter haec superbi ac rebelles homines consurgebant, inimici Crucis Christi... qui terrena sapiunt... quorum Deus venter est[1]). Hi non moribus corrigendis, sed negandis Fidei capitibus animum intendentes, omnia miscebant, latiorem sibi aliisque muniebant licentiae viam, aut certe auctoritatem Ecclesiae ductumque defugientes, pro lubitu corruptissimi cuiusque principis populive, quasi imposito iugo, doc-

[1]) Philip. III, 18, 19.

Kościół, o ile jest mistycznem ciałem Chrystusa, utrzymuje się zawsze nieskażony w świętości swojej nauki, swego prawodawstwa i swego celu; z tych samych przyczyn wywodzi jednakowe następstwa i pożytki; z wiary i sprawiedliwości licznych synów swoich zbiera najobfitsze owoce zbawienia. Nie mniej wyraźne znamię życia, zaczerpniętego od Boga, ma on w tem, że wśród tak szkaradnego steku opinii przewrotnych, wśród tak wielkiej liczby rokoszan, wobec błędów tak wielorakich, trwa on niezachwiany i niezmienny „filar i utwierdzenie prawdy“, w jednej wiary wyznawianiu, w tych samych sakramentów posiadaniu, w Boskiej swojej konstytucyi, w rządach swoich i przepisach moralnych. A jest to tem bardziej godne podziwienia, że on nietylko opiera się złemu, ale „zwycięża złe dobrem‘ i nie przestaje błogosławić przyjaciołom i nieprzyjaciołom, nad tem pracując wszelkiemi siłami i do tego dążąc, żeby nauka chrześcijańska odnowiła i całe społeczeństwo ludzkie i każdego z osobna. To bowiem jest właściwem jego zadaniem na ziemi, którego dobroczynne skutki odczuwają i sami jego nieprzyjaciele.

Przedziwny ten wpływ Opatrzności Boskiej na dzieło odnowienia, wykonywane przez Kościół, objawia się jasno szczególnie w tym wieku, który na pociechę dobrych wydał Karola Boromeusza. Kiedy naówczas zapanowały pożądliwości i wszelkie prawie poznanie prawdy było zamącone i zaćmione, trzeba było bezustannie walczyć z błędami, a społeczeństwo ludzkie, w najgorsze popadając występki, zdawało się straszną gotować sobie zagładę. Powstawali wtedy ludzie pyszni i rokoszanie „nieprzyjaciele krzyża Chrystusowego... którzy ziemskie rzeczy miłują... któ-

trinam eius, constitutionem, disciplinam in excidium petebant. Deinde, iniquorum imitati morem, ad quos pertinet comminatio: Vae qui dicitis malum bonum et bonum malum [1]), rebellium tumultum et illam fidei morumque cladem appellarunt instaurationem, sese autem disciplinae veteris restitutores. Re tamen vera corruptores exstiterunt, quod, extenuatis Europae per contentiones et bella viribus, defectiones horum temporum et secessiones maturarunt, quibus uno velut impetu facto, triplex illud, antea disiunctum, dimicationis instauratum est genus, a quo invicta et sospes Ecclesia semper evaserat; hoc est, primae aetatis cruenta certamina: domesticam subinde pestem errorum; denique, per speciem sacrae libertatis vindicandae, eam vitiorum luem ac disciplinae eversionem, ad quam fortasse nec aetas media processerat.

Decipientium hominum turbae Deus opposuit veri nominis instauratores, eosque sanctissimos, qui aut cursum illum praecipitem retardarent ardoremque restinguerent, aut illata inde damna sarcirent. Quorum labor assiduus et multiplex in restituenda disciplina eo maiori solacio Ecclesiae fuit, quo graviori haec premebatur angustia, comprobavitque sententiam: Fidelis Deus, qui... faciet etiam cum tentatione proventum [2]). Iis in adiunctis laetitiam Ecclesiae cumulavit oblata divinitus Caroli Borromei singularis navitas vitaeque sanctitas.

Fuit autem in eius ministerio, Deo sic disponente, propria quaedam vis et efficientia, non solum ad infringendam audaciam factiosorum, sed etiam ad

[1]) Isai. V, 20.
[2]) I Cor. X, 13.

rych Bóg jest brzuch" [1]). Ci, nie zajmując się naprawą obyczajów, ale zaprzeczaniem prawd wiary, wszędzie wywoływali zamieszanie, szerszą sobie i innym torowali drogę swawoli, albo odrzucając powagę i kierownictwo Kościoła, dążyli do zniszczenia jego nauki, ustroju, karności, stosując się do upodobań najbardziej zepsutych książąt i ludu, przez nich niejako ujarzmieni. Potem, idąc śladami niegodziwców, do których odnosi się groźba: „Biada, którzy nazywacie złe dobrem, a dobre złem" [2]), nazwali zgiełk rokoszu i owe ciosy, zadane wierze i moralności, „reformą", a siebie samych odnowicielami dawnej nauki. W rzeczywistości jednak byli niszczycielami, bo osłabiwszy siły Europy przez rozterki i wojny, spowodowali odstępstwa, które za jednym niejako zamachem wywołały na nowo potrójną ową walkę, przedtem rozdzieloną, z której Kościół zawsze wychodził niezwyciężony i nienaruszony, to jest krwawe prześladowania pierwszych wieków; dalej zarazę domową herezyi; a wreszcie, pod pozorem odzyskania świętej wolności, ową dżumę występków i zniszczenie karności, jakiej może ani średnie wieki nie zaznały.

Temu tłumowi zwodzicieli przeciwstawił Bóg prawdziwyh reformatorów i to najświętszych, ażeby bądź to powstrzymywali ów pęd ku przepaści i ogień ów gasili, bądź też naprawiali szkody wyrządzone. Praca ich wytrwała i wielostronna nad przywróceniem karności przyniosła Kościołowi pociechę tem większą, im cięższy przygniatał go ucisk i potwierdziła prawdziwość słów: „Wierny jest Bóg, który... z pokuszeniem

[1]) Phil. III, 18—19.
[2]) Isai. V, 20.

erudiendos Ecclesiae filios atque excitandos. Illorum namque et insanos cohibebat ausus, et inanes criminationes diluebat, eloquentia usus omnium potentissima, suae vitae et actionis exemplo; horum vero spem erigebat, alebat ardorem. Atque illud in ipso fuit plane mirabile, quod veri restauratoris dotes, quas in aliis disiunctas cernimus atque distinctas, a iuvenili aetate in se omnes recepit in unum collectas, virtutem, consilium, doctrinam, auctoritatem, potentiam, alacritatem, effecitque ut in commissam sibi catholicae veritatis defensionem contra grassantes errores, quod idem erat Ecclesiae universae propositum, singulae conspirarent, intermortuam in multis ac paene restinctam excitans fidem, providis eam legibus institutisque communiens, collapsam disciplinam restituens, cleri populique mores ad christianae vitae rationem strenue revocans. Sic, dum partes instauratoris tuetur omnes, haud minus mature servi boni et fidelis fungitur muniis, ac deinde sacerdotis magni, qui in diebus suis placuit Deo et inventus est iustus; plane dignus, in quem cuiusvis generis homines tum e clero tum e populo, divites aeque ac inopes, tamquam in exemplar intueantur; cuius excellentiae summa in episcopi atque antistitis laude continetur, qua, Petri Apostoli dictis obtemperans, factus est forma gregis ex animo[1]). Nec minus movet admirationem quod Carolus, nondum exacto anno aetatis suae vicesimo, summos honores consecutus, magnis ac perarduis Ecclesiae negotiis tractandis adhibitus, ad perfectam cumulatamque virtutem, per contemplationem rerum divinarum, qua in sacro

[1]) I. Petr. V, 3.

uczyni też wyjście[1]). Wśród tych stosunków spotęgowała się radość Kościoła dzięki szczególniejszej gorliwości i świętości życia Karola Boromeusza, którego Bóg mu zesłał.

Była zaś w jego działaniu, z woli Bożej, osobliwsza jakaś siła i skuteczność, która nietylko pokonywała zuchwałość rokoszan, ale też umiała wychowywać i pobudzać synów Kościoła. Tamtych bowiem poskramiał szalone zamachy i zbijał czcze oskarżenia największą potęgą wymowy i przykładem swego życia i postępowania; — tych zaś podnosił nadzieję i ożywiał ich zapał. A zwłaszcza to było u niego godnem podziwienia, że przymioty prawdziwego reformatora, które u innych widzimy rozdzielone, u niego były od młodości zebrane razem: cnota, roztropność, nauka, powaga, moc, rzutkość. Wszystkie zaś te przymioty łączyły się ku obronie powierzonej mu prawdy katolickiej przeciw rozszerzanym błędom w sposób zgodny z zadaniem Kościoła powszechnego; ożywiał więc na nowo wiarę u wielu zamarłą i prawie wygasłą, umacniał ją przezornemi ustawami i urządzeniami, przywracał rozluźnioną karność, naprawiał usilnie obyczaje kleru i ludu i czynił je znowu chrześcijańskimi. Tak spełniając wszystkie zadania reformatora, wykonywa on także nie mniej dokładnie obowiązki „sługi dobrego i wiernego“, a potem wielkiego kapłana, który „w dniach swoich podobał się Bogu i znaleziony jest sprawiedliwy“; prawdziwie godny, żeby wszelkiego stanu ludzie i duchowni i świeccy, bogaci równie, jak ubodzy, zapatrywali się na jego przykład; znamienite jego zalety streszczają się w owej pochwale biskupa i zwierzchnika,

[1]) I. Cor. X, 13.

secessu animum renovaverat, in dies magis contenderet, eluceretque spectaculum... mundo et angelis et hominibus.

Tum vere Dominus coepit, ut memorati Decessoris Pauli V. verbis utamur, mirabilia sua in Carolo pandere; sapientiam, iustitiam, divini honoris et catholici provehendi nominis studium flagrantissimum, in primisque curam instaurandae Fidei Ecclesiaeque universae, quod opus in augusto illo Tridentino Consilio agitabatur. Cuius habiti laus ab eodem pontifice ab omnique posteritate sic tribuitur Carolo, quasi viro, qui, non ante illius exsequutor exstiterit fidelissimus, quam propugnator acerrimus. Nec enim sine multis eius vigiliis, angustiis, laboribus omne genus, res est ad exitum perducta.

Haec tamen omnia nihil erant aliud nisi praeparatio quaedam vitaeque tirocinium, quo et pietate animus et mens doctrina et labore corpus exercerentur, ita ut modestus iuvenis ac de se demisse sentiens instar esset argillae in manibus Domini eiusque in terris Vicarii. Hanc scilicet rationem ineundae viae novarum rerum fautores illi contemnebant eadem stultitia qua nostri, minime secum reputantes, mirabilia Dei ex umbra et silentio parentis animi pieque precantis in apricum proferri, in eaque exercitatione germen futuri adscensus, haud secus ac in semente spem colligendae messis includi.

Nihilominus, quod paulo superius attigimus, auspicata tam faustis initiis vitae sanctitas et actio tum se maxime explicuit effuditque fructus uberrimos, quum, „urbano splendore et amplitudine relictis, bonus operarius in messem, quam susceperat (Mediolanum), discedit, ubi partes suas in dies magis implendo,

na którą zasłużył, bo słuchając słów Piotra Apostoła, stał się „wzorem trzody z chuci“[1]). Niemniejsze budzi podziwienie to, że Karol, który nie skończywszy jeszcze dwudziestego roku życia, najwyższych dostąpił zaszczytów i zajmował się wielkiemi i nader trudnemi sprawami Kościoła, dążył z każdym dniem bardziej, przez rozważanie rzeczy Boskich, które odnawiało jego ducha w świętej samotności, do szczytu cnoty doskonałej i jaśniał jako „dziwowisko... światu i aniołom i ludziom“[2]).

Wtenczas zaczął Bóg prawdziwie, że użyjemy słów wspomnianego Poprzednika naszego Pawła V. — „dziwy swoje“, okazywać w Karolu: mądrość, sprawiedliwość, płomienną gorliwość o cześć Bożą i o chwałę imienia katolickiego, a przedewszystkiem troskę o odnowienie wiary i całego Kościoła, którem to dziełem zajmował się dostojny ów Sobór Trydencki. Odbycie tego Soboru poczytuje ten sam Papież i cała potomność Karolowi jako zasługę, on bowiem najgoręcej go popierał, zanim stał się najwierniejszym jego uchwał wykonawcą. Że dzieło przyszło do skutku, do tego przyczyniły się czuwania, uciski, prace wszelkiego rodzaju Karola.

To jednak wszystko było dopiero niejako przygotowaniem i pierwszą życia jego próbą, przez którą miał duch jego wyćwiczyć się w pobożności, umysł w nauce, a ciało w pracy, przyczem młodzieniec skromny i niewiele o sobie sądzący był jakby gliną w ręku Pana i Jego na ziemi Namiestnika. Ale tym właśnie początkiem życia gardzili owi miłośnicy rzeczy nowych — równie głupi jak nasi, nie bacząc na to, że dziwy Boże wychodzą na światło z cienia i mil-

[1]) I. Petr. V, 3.
[2]) I. Cor. IV, 9.

agrum illum malitia temporum vepribus turpiter deformem ac silvescentem, in eum restituit nitorem, ut Ecclesiam Mediolanensem praeclarum exemplum redderet ecclesiasticae disciplinae"[1]). Tam multa tamque praeclara is est consequutus conformando instaurationis opus ad normas a Concilio Tridentino paulo ante propositas.

Enimvero Ecclesia, probe intelligens, quam sint sensus et cogitatio humani cordis in malum prona[2]), cum vitiis et erroribus dimicare nunquam destitit, ut destruatur corpus peccati et ultra non serviamus peccato[3]). Qua in contentione, quemadmodum ipsa sibi magistra est et impellitur gratia, quae diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum; ita cogitandi agendique normam sumit a Doctore gentium aiente: Renovamini spiritu mentis vestrae[4]). — Et nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis, quae sit voluntas Dei bona et beneplacens et perfecta[5]). Quam quidem se metam contigisse Ecclesia filius atque instaurator non fictus existimat nunquam; ad eam tantummodo nisi profitetur cum eodem apostolo: quae retro sunt obliviscens, ad ea vero quae sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Iesu[6]).

1) Bulla „Unigenitus".
2) Gen. VIII, 21.
3) Rom. VI. 6.
4) Ephes. IV. 23.
5) Rom. XII. 2.
6) Philip. III. 13. 14.

czenia duszy posłusznej i modlącej się pobożnie i że to ćwiczenie zawiera w sobie zarodek przyszłego postępu, podobnie jak nasienie zamyka w sobie nadzieję żniwa.

Ale jak już wspomnieliśmy wyżej, świętość jego i działalność, zapowiedziana tak dobrym początkiem życia, rozwinęła się najwięcej i wydała owoce najobfitsze, kiedy „porzuciwszy blask i majestat Rzymu, wyszedł dobry pracownik na żniwo, którego się podjął (do Medyolanu) i tam spełniając z każdym dniem coraz lepiej swoje zadanie, przywrócił ową rolę, zanieczyszczoną wskutek niedobrych czasów cierniami i dzikiem zielskiem, do takiego stanu, że uczynił kościół medyolański wzorem karności kościelnej[1]). Tak licznych i znamienitych dokonał rzeczy, przeprowadzając dzieło odnowienia wedle prawideł, niedawno przedtem podanych przez Sobór Trydencki.

Kościół bowiem, rozumiejąc dobrze, jak „zmysł i myśl serca człowieczego skłonne są do złego[2]), nigdy nie przestał walczyć z występkami i błędami, „aby zepsowane było ciało grzechu i dalej nie służyliśmy grzechowi" [3]). W walce tej jest on sam sobie nauczycielem, a idzie za pobudką łaski, która „rozlana jest w sercach naszych przez Ducha św." [4]). Sposób zaś myślenia i działania wskazuje mu Nauczyciel narodów, mówiąc: „Odnówcie się duchem umysłu waszego" [5]). A nie bądźcie podobnymi temu światu, ale się przemieńcie w nowości umysłu waszego, abyście doświadczali, która jest wola Boża dobra i przyjemna i dosko-

1) Bulla „Unigenitus".
2) Gen. VIII. 21.
3) Rom. VI. 6.
4) Ib. V. 5.
5) Eph. IV, 23.

Inde consequitur, ut et nos cum Christo in Ecclesia coniuncti crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus... augnentum facit in aedificationem sui in charitate[1]), et Ecclesia Mater in dies magis efficiat ratum sacramentum divinae voluntatis, hoc est; in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo[2]).

Ad haec animum non intenderunt auctores illi redintegrandae suo marte fidei ac disciplinae, quorum conatibus restitit Borromeus; nec ea nostri melius vident, quibuscum strenue nobis, Venerabiles Fratres, est dimicandum. Nam et hi Ecclesiae doctrinam, leges, instituta subvertunt, non quod eo de negotio valde laborent, sed quo titulis ad ostentationen paratis pravitatem consiliorum queant facilius obtegere.

Quid autem re agant, quid moliantur quod iter affectent, neminem vestrum fugit, eorumque consilia denuntiata per Nos fuerunt atque damnata. Proposita namque ipsis est communis omnium ab Ecclesiae fide ac disciplina secessio, eo vetere illa deterior, quae Caroli aetatem in discrimen adduxit, quo callidius in ipsis fere Ecclesiae venis delitescit ac serpit, et quo subtilius ab absurde positis extrema deducuntur.

Utriusque pestis origo eadem: inimicus homo, qui ad humanae gentis perniciem haud sane exsomnis, superseminavit zizaniam in medio tritici[3]); idem abditum iter ac tenebricosum; eadem progressio, idem appul-

[1]) Ephes. IV. 15. 16.
[2]) Ephes. I. 9. 10.
[3]) Matth. XIII, 25.

nała[1]). Nigdy zaś syn Kościoła i reformator prawdziwy nie sądzi, że cel ten osiągnął; głosi on tylko z tym samym apostołem, że dąży do tego celu: „Tego co nazad jest, zapamiętywając, a do tego wprzód wyciągając się, bieżę do kresu ku zakładu wysokiego wezwania Bożego w Chrystusie Jezusie“[2]).

Przez to dzieje się, że i my, połączeni z Chrystusem w Kościele, „rośniemy w Nim we wszystkiem, który jest głowa Chrystus, z którego wszystko ciało... czyni pomnożenie ku zbudowaniu samego siebie w miłości“[3]) i Kościół, Matka nasza, codziennie więcej spełnia tajemnicę woli Bożej, którą jest, aby „w rozrządzeniu zupełności czasów w Chrystusie wszystko naprawił“[4]).

O tem nie myśleli owi ludzie, którzy chcieli według własnego upodobania odnowić wiarę i karność, a których zakusom sprzeciwił się Boromeusz; — nie widzą tego lepiej i nasi, z którymi my wytrwale musimy walczyć. Bo i ci chcą obalić naukę, prawa i urządzenia Kościoła, mając zawsze na ustach dążenie do „kultury i cywilizacyi“, nie dlatego, żeby im bardzo na niej zależało, ale chcąc łatwiej ukryć pod zasłoną wielkich słów przewrotność swoich zamysłów.

Co zaś czynią rzeczywiście, jakie są ich cele i drogi, nikomu z was nie tajno i My odsłoniliśmy już i potępiliśmy ich dążenia. Chcą oni spowodować powszechną apostazyę od wiary i karności Kościoła, apostazyę o tyle gorszą od owej, która zagrażała w czasach Karola, o ile ona podstępniej ukrywa się i rozszerza w samych prawie żyłach Kościoła, im sub-

[1]) Rom XII, 2.
[2]) Phil. III, 13—14.
[3]) Eph. IV, 15—16.
[4]) Eph. I. 10.

sus. Etenim, quemadmodum prior illa olim, qua fortuna rem daret eo vires inclinans, optimatium partes aut popularium alteram adversus alteram concitabat, ut utramque tandem ludificaret atque pessumdaret; sic recentior ista clades mutuam exacuit invidiam egentium ac locupletium, ut sua quisque sorte non contentus vitam trahat usque miserrimam lautque poenam iis irrogatam, qui non regnum Dei et iustitam eius quaerunt, sed caducis his rebus fluxisque adhaerescunt. Atque illud etiam graviorem facit praesentem conflictationen, quod, quum superiorum temporum turbulenti homines e doctrinae divinitus revelatae thesauro certa quaedam et fixa plerumque retinerent, hodierni non ante quieturi videantur, quam excisa omnia conspexerint. Everso autem religionis fundamento, et ipsam civilem coniunctionem disrumpi necesse est. Luctuosum sane spectatulum in praesens, formidolosum in posterum; non quod Ecclesiae incolumitati timendum sit, de qua dubitare divina promissa non sinunt, sed ob impendentia familiis gentibusque pericula, maxime quae pestiferum impietatis afflatum aut impensius fovent aut ferunt patientius.

In hoc tam nefario stultoque bello, cui commovendo dilatando socii et adiutores potentes accedunt interdum vel ipsi, qui Nobiscum facere Nostrasque tueri res deberent prae ceteris; in forma errorum adeo multiplici vitiorumque illecebris tam variis, quibus utrisque haud pauci etiam e nostris blandiuntur, capti specie novitatis ac doctrinae aut inani spe ducti, Ecclesiam posse cum aevi placitis amice componi, plane intelligitis, Venerabiles Fratres, nobis esse strenue obsistendum, iisdemque

telniej także wysnuwa się z założeń niedorzecznych konsekwencye ostateczne.

Jednej i drugiej zarazy ten sam jest początek: „Nieprzyjaciel“, który na zgubę śpiącego rodzaju ludzkiego „nasiał kąkolu między pszenicą“ [1]); ta sama droga ukryta wśród ciemności; ten sam postęp i ten sam koniec. Jak bowiem tamta dawniejsza, zwracając swe siły w stronę, skąd ukazywało się szczęście, stawała po stronie możnych albo ludu, podburzając jednych przeciwko drugim, ażeby w końcu zwieść i zgubić jednych i drugich: — podobnie ta apostazya nowoczesna podnieca zazdrość wzajemną pomiędzy ubogimi i bogatymi, żeby każdy, nie zadowolony ze swego losu, prowadził życie jak najnędzniejsze i poniósł karę, postanowioną dla tych, którzy nie „królestwa Bożego i sprawiedliwości jego“ szukają, ale przywiązują się do tych rzeczy marnych i znikomych. Ale walka dzisiejsza staje się jeszcze cięższą przez to, że kiedy wichrzyciele czasów dawniejszych zatrzymywali po największej części niektóre prawdy ustalone ze skarbca nauki przez Boga objawionej, — dzisiejsi nie chcą, jak się zdaje, spocząć, dopóki całego nie ujrzą zniszczonego. Jeżeli zaś podstawy religii będą zburzone, musi także budowa społeczności świeckiej rozpaść się w gruzy. Opłakane to zaiste widowisko na dzisiaj a trwogę budzące na przyszłość — nie dla tego, żeby należało się lękać o całość Kościoła nienaruszoną, o której wątpić nie pozwalają obietnice Boże, ale z powodu niebezpieczeństw, grożących rodzinom i narodom, szczególnie tym, które zarazę bezbożności albo troskliwiej pielęgnują albo z większą znoszą cierpliwością.

[1]) Matth. XIII, 25.

nunc armis excipiendum impetum hostium, quibus olim usus est Borromeus.

Primum igitur, quoniam ipsam, veluti arcem, impetunt fidem, vel eam aperte denegando, vel impugnando subdole, vel doctrinae capita pervertendo, haec a Carolo saepe commendata meminerimus: „Prima et maxima Pastorum cura versari debet in iis, quae ad fidem catholicam, quam S. Romana Ecclesia et colit et docet, et sine qua impossibile est placere Deo, integre inviolateque servandam pertinent“[1]). Et rursus: „In eo genere... nullum tantum studium, quantum certe maximum requiritur, abhiberi possit“[2]). — Quapropter „haereticae pravitatis fermento“, quod nisi cohibeatur totam massam corrumpit, hoc est pravis opinionibus ementita specie irrepentibus, quas in unum collectas modernismus profitetur, sanitas est opponenda doctrinae et reputandum cum Carolo: „quam summum in haeresis crimine profligando studium et cura, quam longe omnium diligentisima episcopi esse debeat“[3]).

Haud opus est equidem cetera verba referre sancti viri commemorantis Romanorum Pontificum sanctiones, leges, poenas in eos antistites constitutas, quibus purgandae dioecesis ab „haereticae pravitatis fermento“ esset cura remissior. Nonnihil tamen iuverit ad ea, quae inde concludit, diligenter attendere. „Proinde, inquit, in ea perenni sollicitudine perpetuaque vigilia episcopus versari in primis debet, ut, non modo pestilentisimus ille haeresis morbus nusquam in

[1]) Conc. Prov. I, sub unitium.
[2]) Conc. Prov. V, Pars I.
[3]) Ibid.

W tej wojnie tak niegodziwej i nieroztropnej, do której wywołania i rozszerzania przyczyniają się czasem jako sprzymierzeńcy i pomocnicy potężni nawet ci, co przed innymi powinniby stać po Naszej stronie i Naszej sprawy bronić; — wobec błędów tak wielorakich i przynęt tak rozmaitych występków, które jedne i drugie przyciągają także wielu z naszych, uwiedzionych pozorem nowości lub nauki, albo powodowanych złudną nadzieją, że Kościół może zgodzić się po przyjacielsku z upodobaniami wieku; — zrozumiecie dobrze, Czcigodni Bracia, że musimy bronić się z wytężeniem sił i tą samą bronią odpierać natarcie nieprzyjaciół, której niegdyś używał Boromeusz.

Po pierwsze więc, ponieważ oni uderzają, jakby na twierdzę, na samą wiarę, bądź otwarcie jej przecząc, bądź podstępnie ją zwalczając, albo fałszywie tłómacząc jej dogmaty, — pamiętajmy na to, że często zalecał Karol: „Pierwsze i największe staranie Pasterzy powinno odnosić się do tego, co jest potrzebne do zachowania nienaruszonej wiary katolickiej, której strzeże i uczy święty Kościół rzymski i bez której nie można podobać się Bogu“[1]), A dalej: „W tym względzie żadna gorliwość nie może być tak wielka, jakiej niewątpliwie rzecz wymaga“[2]). Dlatego „kwasowi przewrotności heretyckiej“, która jeżeli jej się nie powstrzyma, „wszystko ciasto zakwasza“[3]), to jest opiniom przewrotnym, które wkradają się pod kłamliwymi pozorami, a które razem zebrane głosi modernizm, trzeba przeciwstawiać naukę zdrową i trzymać się zdania

[1]) Conc. Prov. I. sub initium.
[2]) Conc. Prov. V. Pars I.
[3]) I. Cor. V, 6.

gregem sibi commissum irrepat, sed omnis plane suspicio ab eo quam longissime absit. Si vero fortasse, quod pro sua pietate et misericordia Christus Dominus avertat, irrepserit, in eo maxime elaboret omni ope, ut quam celerrime depellatur: quique ea labe infecti erunt vel suspecti, cum illis agatur ad canonum sanctionumque pontificiarum praescriptum“ [1]).

Verum nec propulsari possunt errorum contagia nec praecaveri, nisi in recta cleri populique institutione pars curarum ponatur maxima. Nam fides ex auditu; auditus autem per verbum Christi [2]). Veri autem omnium auribus inculcandi necessitas nunc magis imponitur, quum per omnes reipublicae venas, atque etiam qua minime crederes, serpere cernimus malum virus; adeo ut ad omnes hodie pertineant adductae a Carolo causae hisce verbis: „Haereticis finitimi nisi in fidei fundamentis firmi fuerint ac stabiles, summopere verendum esset, ne forte ab eis in aliquam impietatis ac nefariae doctrinae fraudem facilius abducerentur“ [3]). Nunc enim, expeditioribus itineribus, quemadmodum ceterarum rerum ita etiam errorum sunt aucta commercia, proiectisque ad licentiam cupiditatibus, in prava societate versamur, ubi non est veritas... et non est scientia Dei [4]); in terra, quae desolata est... quia nullus est, qui recogitet corde [5]). Quamobrem Nos, ut Caroli verba usurpemus: „multam hactenus diligentiam adhibuimus, ut omnes ac singuli Christi fideles in fidei chri-

[1]) Conc. Prov. V, Pars I.
[2]) Rom. X. 17.
[3]) Conc. Prov. V. Pars. I.
[4]) Os. IV, I.
[5]) Ierem. XII. 11.

Karola, że „jak największa powinna być gorliwość biskupa i jak najpilniejsza troska w zwalczaniu zbrodni herezyi“ [1]).

Nie potrzebujemy przytaczać innych słów męża świętego, przypominających orzeczenia papieży rzymskich, prawa, kary, ustanowione na biskupów, którzyby nie starali się dość pilnie oczyszczać swoich dyecezyi z „kwasu przewrotności heretyckiej“. Warto jednak zastanowić się uważnie nad wnioskami, które on stąd wysnuwa: „A więc — mówi on — biskup powinien bezustannie czuwać jak najtroskliwiej nad tem, żeby owa najgorsza zaraza herezyi nie tylko nie wkradła się do powierzonej mu trzody, ale żeby nie mogło powstać nawet żadne w tym względzie podejrzenie. Gdyby zaś może, co niech Chrystus Pan miłosierny w dobroci swojej odwróci, zakradła się istotnie, niech wszelkiemi siłami stara się ją odpędzić, a z tymi, którzy są zarażeni herezyą albo o nią podejrzani, należy postąpić według przepisu kanonów i dekretów papieskich“ [2]).

Ale nie można ani usunąć zarazy błędów, ani przed nią ustrzedz, jeżeli nie będzie dbało się jak najwięcej o dobre nauczanie kleru i ludu. Bo „wiara ze słuchania a słuchanie przez słowo Chrystusowe“ [3]). Ta zaś konieczność głoszenia wszystkim prawdy, narzuca się więcej jeszcze w czasie obecnym, kiedy jad złośliwy zatruwa wszystkie żyły społeczeństwa i dostaje się tam, gdzie najmniej mógłbyś go się spodziewać — tak iż do wszystkich odnoszą się dzisiaj racye, przytoczone przez Karola w tych słowach: „Jeżeli sąsiedzi heretyków nie są utwierdzeni na podstawach wiary i ustaleni, trzeba się bardzo

[1]) Conc. Prov. V. Pars. I.
[2]) Conc. Prov. V. Pars I.
[3]) Rom. X, 17.

stianae rudimentorum institutione erudirentur“ [1]; eademque de re, tamquam de negotio gravissimo scripsimus Encyclicas Litteras [2]. Etsi vero nolumus et illa Nobis aptare, quibus inexplebili desiderio flagrans Borromeus queritur, „parum huc usque profecisse tanta in re“: nihilominus eadem, qua ipse, „negotii periculique magnitudine adducti“ addere stimulos velimus omnibus, ut Caroli similitudinem arripientes, pro suo quisque munere aut viribus, in christianae restaurationis opus conspirent. Quare meminerint patres familias ac domini, quo studio pastor ille sanctissimus eosdem constanter monuerit, ut liberis, domesticis, famulis addiscendae christianae doctrinae non solum copiam facerent, sed etiam onus imponerent. Clericis pariter memoria ne excidat, in fidei rudimentis a se operam dandam esse curioni; huic vero studendum, ut eiusmodi scholae suppetant plures, christifidelium numero ac necessitati pares et magistrorum probitate commendabiles, quibus adiutores adsciscantur honesti viri aut mulieres, prout Mediolanensis ipse praescribit antistes [3].

Christianae huius institutionis aucta necessitas, quum ex reliquo nostrorum temporum morumque decursu eminet, tum vero potissimum ex publicis discendi ludis, omnis religionis expertibus, ubi sanctissima quaeque rideri voluptatis loco fere ducitur, aeque pronis ad impietatem et magistrorum labiis et auribus auditorum. Scholam dicimus, quam neutram, seu laicam per summam iniuriam appellant, quum non sit aliud nisi tenebricosae sectae dominatus praepo-

[1]) Conc. Prov. V, Pars. I.

[2]) Encycl. „Acerbo nimis“, die XXV. m. Aprilis MDCCCCV.

[3]) Conc. Prov. V, Pars. I.

lękać, żeby nie dali się uwieść zbyt łatwo przez nich jakimś fałszem bezbożności, albo niegodziwej nauki“ [1]. Teraz bowiem, gdy drogi są ułatwione, łatwiej też rozszerzają się błędy, równie jak wszystkie inne rzeczy, a wobec rozkiełzania pożądliwości, żyjemy wśród społeczeństwa znieprawionego, gdzie „niemasz prawdy... niemasz znajomości Boga“ [2] — na ziemi, która jest „spustoszona, bo niemasz, ktoby uważał w sercu“ [3]. Dlatego My — że użyjemy słów Karola — wiele w tym celu łożyliśmy starania, żeby wszyscy wierni Chrystusowi poznawali główne prawdy wiary chrześcijańskiej [4] i o tej sprawie największego znaczenia napisaliśmy List okólny [5]. A chociaż nie chcemy i tej do siebie stosować skargi, którą wypowiada palony pragnieniem nienasyconem Boromeusz, że „mało dotychczas zdziałał w rzeczy tak ważnej“ — to przecież powodowani tą samą, co on, „wielkością sprawy i niebezpieczeństwa“, chcielibyśmy wszystkim dodać bodźca, żeby podobnie jak Karol — każdy w swoim urzędzie i wedle sił swoich — pracowali nad dziełem naprawy chrześcijańskiej. Dlatego niech pamiętają ojcowie rodzin i panowie, z jaką gorliwością ów pasterz święty upominał ich ciągle, żeby dzieciom, domownikom, sługom nie tylko dawali możność zapoznania się z nauką chrześcijańską, ale żeby ich do tego zniewalali. Także klerycy nie powinni zapominać, że w nauczaniu głównych prawd wiary mają pomagać proboszczowi; ten zaś ma się starać, żeby takich szkół było tyle, ile ich potrzeba w sto-

[1]) Conc. Prov. V, Pars. I.

[2]) Os. IV, 1.

[3]) Jerem. XII, 11.

[4]) Conc. Prov. V. Pars 1.

[5]) Encycl. „Acerbo nimis“ z 25 kwiet. 1905.

tens. Novum hoc praeposterae libertatis iugum magna quidem voce et bonis lateribus denuntiastis vos, Venerabiles Fratres, praesertim in locis, ubi audacius proculcata sunt iura religionis ac familiae et oppressa naturae vox imperantis, ut adolescentium candori fideique parcatur. Cui calamitati ab iis illatae, qui, quam ab aliis oboedientiam exigunt, eandem supremo rerum Domino recusant, quantum in Nobis est, medendum rati, auctores fuimus, ut scholae religionis opportune per urbes instituerentur. Quod opus quamquam hactenus, adnitentibus vobis, satis bene prospereque processit, nihilominus magnopere expetendum est, ut in dies latius proferatur, hoc est ut eiusmodi magisteria et pateant ubique complura et praeceptoribus abundent doctrinae laude vitaeque integritate commendatis.

Cum hac primordiorum saluberrima disciplina valde coniunctum est officium sacri oratoris, in quo memoratae virtutes multo magis requiruntur. Itaque Caroli studia et consilia provincialibus in Synodis ac dioecesanis eo potissimum fuere conversa, ut concionatores fingerentur, qui in ministerio verbi versari sancte atque utiliter possent. Quod idem, ac forte gravius, quae modo sunt tempora postulare a nobis videntur, quum tot hominum nutet fides, nec desint qui, captandae gloriolae cupidine, ingenio aetatis indulgeant, adulterantes verbum Dei, vitaeque cibum subducentes fidelibus.

Quamobrem summa vigilantia cavendum nobis est, Venerabiles Fratres ne per vanos homines ac leves vento pascatur grex, sed ut vitali alimento roboretur per ministros verbi, ad quos illa pertinent: Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhor-

sunku do liczby wiernych i żeby miały dobrych nauczycieli, którym należy dawać do pomocy zacnych mężów albo niewiasty, jak przepisuje ten sam biskup medyolański [1]).

Że dzisiaj jeszcze większa jest potrzeba takiego nauczania chrześcijańskiego, o tem przekonywa stan umysłowy i moralny naszych czasów, a zwłaszcza stan szkół publicznych, pozbawionych wszelkiej religii, w których szyderstwo z rzeczy najświętszych uważa się prawie za rozkosz, bo i usta nauczycieli i uszy słuchaczy jednakowe mają upodobanie w mowach bezbożnych. Mówimy o szkole, którą najniesłuszniej nazywają neutralną lub świecką, bo ona niczem innem nie jest, jak ciemnej sekty przemożnem panowaniem. Na to nowe jarzmo przewrotnej „wolności“ skarżyliście się już głośno i dobitnie, Czcigodni Bracia, zwłaszcza w krajach, gdzie z większą zuchwałością podeptano prawa religii i rodziny i stłumiono głos natury, nakazującej, żeby oszczędzano niewinność i wiarę młodzieży. Żeby zaradzić tej klęsce, spowodowanej przez ludzi, którzy od innych żądają posłuszeństwa, a sami odmawiają go Panu Najwyższemu wszechrzeczy, poleciliśmy, żeby zakładano ile możności po miastach szkoły religijne. Za waszem też staraniem dzieło to dość dobre i pomyślne uczyniło dotychczas postępy, ale bardzo trzeba pragnąć, żeby z każdym dniem rozszerzało się więcej, to znaczy, żeby wszędzie otwierano większą ilość takich zakładów i żeby miały licznych nauczycieli, odznaczających się wiedzą i życiem nienagannem.

Z tem tak dobroczynnem nauczaniem pierwszych początków łączy się ściśle

[1]) Conc. Prov. V. Pars I.

tante per nos: reconciliamini Deo[1]); — per ministros et legatos non ambulantes in astutis, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis, commendantes semetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo[2]); — operarios inconfusibiles tractantes verbum veritatis[3]). Nec minus usui nobis erunt normae illae sanctissimae maximeque frugiferae, quas mediolanensis antistes, Paulinis verbis expressas, commendare solebat fidelibus: Cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis[4]).

Ita sermo Dei vivus et efficax et penetrabilior omni gladio[5]), non solum ad fidei conservationem ac tutelam adducet, sed etiam ad virtutum proposita mire animos inflammabit; quia fides sine operibus mortua est[6]), et non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur[7]).

Atque hac etiam in re cernere licet, utriusque instaurationis quam sit ratio dissimilis. Nam qui falsam propugnant, ii stultorum imitati inconstantiam, praecipiti cursu solent ad extrema decurrere, sive fidem sic efferentes, ut ab ea recte agendi necessitatem seiungant, sive in sola natura excellentiam ommem

[1]) II. Cor. V. 20.
[2]) II. Cor. IV, 2.
[3]) II. Tim. II, 15.
[4]) I. Thess. II, 13.
[5]) Hebr. IV, 12.
[6]) Iacob. II, 26.
[7]) Rom. II, 13.

urząd kaznodziei, któremu jeszcze daleko bardziej potrzebne są cnoty wspomniane. Dlatego Karol starał się o to najwięcej na synodach prowincyonalnych, żeby kształcono kaznodziejów, którzyby służbę słowa pełnili święcie i pożytecznie. Tego samego, a może więcej jeszcze zdają się wymagać od nas czasy obecne, bo tylu ludzi wiara jest zachwiana, a nie brak takich, którzy dla pozyskania próżnej chwały, stosują się do wymagań wieku, „fałszując słowo Boże"[1]) i niedając wiernym pokarmu żywota.

Trzeba nam więc najtroskliwiej czuwać nad tem, Czcigodni Bracia, żeby ludzie próżni i lekkomyślni nie karmili trzody wiatrem, ale żeby posilnem pożywieniem umacniali ją słudzy słowa, o których napisano: „Miasto Chrystusa poselstwo sprawujemy, jakoby Bóg przez nas napominał: pojednajcie się z Bogiem"[2]) — sługi i posły »nie chodzące w chytrości, ani fałszujące słowa Bożego, ale okazaniem prawdy zalecające się samych, do wszelkiego sumienia ludzi przed Bogiem"[3]) — „robotniki niezawstydzone, dobrze rozbierające słowo prawdy"[4]). Nie mniej pożyteczne będzie nam przypomnienie owych słów świętych i największe przynoszących owoce, które biskup medyolański zwykł był powtarzać wiernym za św. Pawłem: „Przyjąwszy od nas słowo słuchania Bożego, przyjęliście je nie jako słowo ludzkie, ale (jako jest prawdziwie) słowo Boga, który skutecznie sprawuje w was, którzyście uwierzyli"[5]).

[1]) II Cor. II, 17.
[2]) II. Cor. V, 20.
[3]) Ib. IV, 2.
[4]) II. Tim. II, 15.
[7]) I. Thess. II, 13.

virtutis collocantes, remotis fidei ac divinae gratiae praesidiis. Quo fit ut, quae a naturali honestate ducuntur officia, nihil sint aliud nisi simulacra virtutis, nec diuturna illa quidem, nec ad salutem satis idonea. Horum igitur actio, non ad restaurationen disciplinae, sed ad fidei morumque eversionem est comparata.

Contra qui ad Caroli exemplum, veritatis amici minimeque fallaces, salutari rerum conversioni student, hi extrema devitant, neque certos excedunt fines, quos ultra nequit instauratio ulla consistere. Etenim Ecclesiae eiusque Capiti Christo firmissime adhaerentes, non modo inde robur vitae interioris hauriunt, sed exterioris etiam actionis metiuntur modum, ut sanandae hominum societatis opus tuto aggrediantur. Est autem proprium divinae huius missionis in eos perpetuo transmissae, qui Christi legatione functuri essent, docere ommes gentes, non solum ea quae ad credendum, sed etiam quae ad agendum pertinerent, hoc est, uti Christus edixit: servare omnia, quaecumque mandavi vobis[1]). Ipse enim est via, veritas et vita[2]), qui venit ut homines vitam habeant et abundantius habeant[3]). Quia vero officia illa retineri omnia duce tantum natura est difficillimum, quin etiam multo positum superius, quam ut humanae vires ipsae per se consequi possint, idcirco Ecclesia magisterio suo adiunctum habet christianae regimen societatis eiusque ad omnem sanctitatem instituendae munus, dum per eos, qui pro suo quisque statu et offi-

[1]) Matth. XVIII, 18, 20.
[2]) Ioan. XIV, 6.
[3]) Ioan. X, 10.

Tak „żywa... mowa Boża i skuteczna i przeraźliwsza, niżeli wszelki miecz“ [1]), przyczyni się nietylko do zachowania wiary, ale też będzie zapalała dusze, w sposób przedziwny do postanowień cnotliwych, bo „wiara bez uczynków martwa jest“[2]) i „nie słuchacze zakonu sprawiedliwymi są u Boga, ale którzy zakon czynią, będą usprawiedliwieni“ [3]).

Ale i w tej sprawie można zauważyć, jak wielka jest różnica między jedną „reformą“ a drugą. Ci bowiem, którzy walczą o reformę nieprawdziwą, zwykle posuwają się, naśladując niestałość głupich, w nierozważnym rozpędzie do ostateczności i albo wiarę w taki sposób zalecają, że rozdzielają od niej potrzebę dobrych uczynków, albo też samej naturze przypisują zdolność do wszelkiej cnoty, pomijając pomoc, jaką zawdzięczamy wierze i łasce Boskiej.

Przez to dzieje się, że czyny, wynikające ze samej dobroci przyrodzonej, niczem innem nie są, jak tylko zwodniczą podobizną cnoty, która to podobizna ani długo nie trwa, ani nie wystarcza do zbawienia. Tych więc działanie nie prowadzi do reformy karności, ale do zniweczenia wiary i zepsucia obyczajów.

Przeciwnie zaś ci, którzy za przykładem Karola, miłując prawdę i nie zwodząc nikogo, dążą do reformy prawdziwej i zbawiennej — ci unikają ostateczności i nie przekraczają pewnych granic, poza któremi żadna naprawa nie jest możliwą. Trzymając się bowiem jak najmocniej Kościoła i Głowy jego, Chrystusa, nietylko stąd czerpią siłę

[1]) Hebr. IV, 12.
[2]) Jacob. II, 26.
[3]) Rom. II, 13.

cio sese illi ministros adiutoresve praebent, apta et necessaria salutis instrumenta suppeditat. Quod plane intelligentes verae instaurationis auctores, non ii surculos, praeservandae radicis gratia, coercent, hoc est, non fidem a vitae sanctitate seiungunt, sed utramque alunt foventque halitu caritatis, que est vinculum perfectionis [1]). Iidem, dicto audientes Apostolo, depositum custodiunt [2]), non ut gentibus notitiam eius occulant lumenque subducant, sed quo deductos ex eo fonte veritatis ac vitae saluberrimos rivos latius recludant. In eaque copia doctrinam ad usum adiungunt, illa utentis ad praeripiendam cirumventionem erroris, hoc ad praecepta in mores actionemque vitae deducenda. Quamobrem instrumenta omnia ad finem vel apta vel necessaria comparant, quum ad exstirpationem peccati, tum ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi [3]). Huc sane spectant Patrum et Conciliorum statuta, canones, leges; huc adiumenta illa doctrinae, regiminis, beneficentiae omne genus, huc denique disciplina et actio Ecclesiae universa. Hos fidei virtutisque magistros intentis oculis animoque intuetur verus Ecclesiae filius, cui sua ipsius emendatio proposita est atque aliorum. His auctoribus, quos crebro memorat, in instauranda Ecclesiae disciplina nititur Borromeus; ut quum scribit: „Nos veterem sanctorum Patrum sacrorumque Conciliorum consuetudinem et auctoritatem, in primis oecumenicae Synodi Tridentinae secuti, de iis ipsis

[1]) Coloss. III, 14.
[2]) I. Tim. VI, 20.
[3]) Eph. IV, 12.

życia wewnętrznego, ale też sposób działania zewnętrznego, tak, że mogą bezpiecznie przystąpić do dzieła uzdrowienia społeczności ludzkiej. Zadaniem zaś właściwem misyi Bożej, powierzonej na zawsze tym, którzy mieli być posłami Chrystusa, jest: „nauczać wszystkie narody“ nietylko tego, co mają wierzyć, ale i tego, co mają czynić, t. j. jak powiedział Chrystus: „chować wszystko, com wam kolwiek przykazał“ [1]). On bowiem sam jest „drogą, prawdą i żywotem“ [2]), a przyszedł, żeby ludzie „żywot mieli i obficiej mieli“ [3]). Ponieważ jednak bardzo jest trudno spełniać owe wszystkie obowiązki siłami tylko przyrodzonemi — co więcej, siły te same przez się nie mogą im sprostać, dlatego Kościół otrzymał obok urzędu nauczycielskiego władzę kierownictwa społeczności chrześcijańskiej i uświęcania jej tym sposobem, że dostarcza jej środków stosownych i potrzebnych do zbawienia przez tych, którzy — każdy w swoim stanie i urzędzie — stają się jego sługami i pomocnikami. Rozumiejąc to dobrze, prawdziwi reformatorzy nie obcinają latorośli dla zachowania korzenia, to znaczy, nie oddzielają wiary od świętości życia, lecz jedną i drugą żywią i pielęgnują tchnieniem miłości, która jest „związką doskonałości“ [4]). Oni też, posłuszni słowom Apostoła, „strzegą tego, co im powierzono“ [5]), nie na to, żeby ukryć światło, przed oczyma narodów, ale żeby szerzej rozlewać zbawienne strumieni, wypływające z tego źródła prawdy i życia. A w tem łączą

[1]) Matth. XXVIII, 18—20.
[2]) Joan. XIV, 6.
[3]) Ib. X, 10.
[4]) Coloss. III, 14.
[5]) I. Tim. VJ. 20.

multa superioribus nostris Conciliis Provincialibus constituimus". — Idem ad consilia publicae corruptelae coercendae adductum se profitetur „et sacrorum canonum iure et sacrosanctis sanctionibus, et Concilli in primis Tridentini decretis"[1]).

His non contentus, quo sibi melius caveret, ne forte ab ea norma unquam discederet, a se statuta in Synodis provincialibus ita fere concludit: „Omnia et singula, quae a nobis in hac provinciali Synodo decreta actaque sunt, qua debemus oboedientia et reverentia, auctoritati ac iudicio Sanctae Romanae Ecclesiae, omnium ecclesiarum matris et magistrae, semper emendanda et corrigenda subicimus"[2]). Quam quidem voluntatem ostendit eo propensiorem, quo in dies magis ad actuosae vitae perfectionem grassabatur; nec solum quamdiu cathedram Petri occupavit patruus, sed etiam sedentibus, qui ei successerunt, Pio V et Gregorio XIII, quibus quemadmodum strenue suffragatus est ad pontificatum, sic in rebus maximis validum se socium adiunxit eorumque exspectationi cumulate respondit.

Potissimum vero ipsorum voluntati est obsequutus instruendis rebus ad propositum sibi finem idoneis, hoc est ad sacrae disciplinae instaurationem. Qua in re prorsus abfuit ab illorum ingenio, qui speciem studii fervidioris imponunt contumaciae suae. Itaque, incipiens iudicium a domo Dei[3]), primum omnium cleri disciplinae ad certas leges conformandae animum adiecit; cuius rei causa sacri ordinis alumnorum Seminaria excitavit, sacerdotum

[1]) Conc. Prov. V, Pars. I.
[2]) Conc. Prov. VI, sub finem.
[3]) I Petr. IV, 17.

naukę z praktyką, posługując się pierwszą, ażeby zapobiedz „oszukaniu błędu«[1]), drugą dla wprowadzenia przykazań w obyczaje i w działanie. Dlatego przysposabiają wszystkie środki przydatne albo konieczne do celu, bądź dla wykorzenienia grzechu, bądź „ku wykonaniu świętych, ku robocie posługiwania, ku budowaniu ciała Chrystusowego"[2]). Do tego zaiste celu zmierzają przepisy, kanony, prawa Ojców i Soboru; do tego owe środki pomocnicze: nauczanie, kierownictwo, dobrodziejstwa wszelkiego rodzaju; do tego wreszcie karność i cała działalność Kościoła. Na tych nauczycieli wiary i cnoty spogląda wytężonym wzrokiem prawdziwy syn Kościoła, dążący do poprawy siebie samego i drugich. Na tych autorach, których często przytacza, opiera się Boromeusz w swej pracy nad reformą karności kościelnej, jak kiedy pisze: „trzymając się dawnego zwyczaju i powagi Ojców i św. Synodów, a zwłaszcza powszechnego Soboru Trydenckiego, postanowiliśmy wiele w tym względzie na dawniejszych naszych Synodach prowincyonalnych". On też wyznaje, że postanowienie zwalczania zepsucia publicznego poddały mu święte kanony, a przedewszystkiem dekrety Soboru Trydenckiego[3]).

Na tem nie poprzestając, ale chcąc lepiej jeszcze zabezpieczyć się, żeby od tej normy nigdy nie odstąpił, tak kończy przepisy, które ogłosił na Synodach prowincyonalnych: „Wszystko, cośmy zarządzili i postanowili na tym Synodzie prowincyonalnym, poddajemy zawsze z należnem posłuszeństwem i czcią powadze i sądowi świętego Kościoła

[1]) Eph. IV, 14.
[3]) Ib. IV, 12.
[2]) Conc. Prov. V. Pars I.

congregationes, queis nomen oblatis, instituit, religiosas familias tum veteres tum recentiores adscivit, concilia coegit, quaesitis undique praesidiis coeptum opus munivit auxitque. Mox emendandis populi moribus haud remissiorem admovit manum, sibi dictum reputans, quod olim prophetae: Ecce constitui te hodie... ut evellas et destruas, ut disperdas et dissipes, et aedifices et plantes[1]). Quare bonus pastor ecclesias provinciae ipse per se nec sine magno labore lustrans, arrepta similitudine divini Magistri, pertransiit bene faciendo et sanando gregis vulnera; quae passim deprehenderet incommoda, sive ex inscitia sive ex neglectu legum profecta, tollere atque eradere summa ope contendit; opinionum pravitati et exundanti coeno libidinum quasi aggerem obiecit a se apertos puerilis institutionis ludos et ephebor um convictus; auctas, quas in Urbe primum excitatas noverat, consociationes Mariales; reclusa orbitati adolescentium hospitia; mulierculis periclitantibus, viduis, aliisque, tum viris tum feminis, egenis aut morbo seniove confectis, patefacta perfugia; pauperum tutelam ab impotentia dominorum, ab iniquo foenore, ab exportatione puerorum, aliaque id genus quamplurima. Haec autem sic praestitit, ut ab eorum consuetudine toto caelo abhorreret, qui, in renovanda suo marte christiana republica, omnia cient agitantque vanissimo strepitu, divinae vocis immemores: non in commotione Dominus[2]).

Hac nempe altera nota, prout vos experiendo didicistis, Venerabiles Fratres, veri nominis instauratores distin-

[1]) Ier. I, 10.
[2]) III Reg. XIX, 11.

rzymskiego, matki i nauczyciela wszystkich kościołów, do poprawy i sprostowania"[1]). Ta jego uległość okazuje się tem większą, im więcej zbliżał się w życiu czynnem do doskonałości i nietylko wtedy, gdy stolicę Piotrową stryj jego zajmował, ale i później, za tegoż następców Piusa V. i Grzegorza XIII., za których wyborem przemawiał usilnie i których okazał się dzielnym pomocnikiem w sprawach najważniejszych, przewyższając nawet ich oczekiwania.

Szczególnie zaś był posłusznym ich woli w wyborze środków stosownych do celu, który sobie wytknął, t. j. do naprawy świętej karności. W tym względzie różnił się bardzo od tych, którzy swemu uporowi chcą nadać pozór większej gorliwości. I tak, zaczynając „sąd od domu Bożego"[2]), zajął się przedewszystkiem karnością kleru i poddał go pewnym prawom; dlatego założył seminarya dla kleryków, stworzył kongregacye kapłanów, którzy nazywali się „oblati", sprowadzał zakony dawniejsze i nowsze, zwoływał synody i wszelkich szukał sposobów, żeby zabezpieczyć i rozwinąć dzieło rozpoczęte. Wkrótce też zabrał się do poprawy obyczajów ludu nie mniej gorliwie, stosując do siebie słowa, wypowiedziane niegdyś do proroka: „Otom cię dziś postanowił... abyś wyrywał i kaził i wywracał i rozwalał i budował i sadził"[3]). Dlatego dobry pasterz sam osobiście i nie bez ciężkiego trudu odwiedzał za przykładem Boskiego Mistrza kościoły dyecezyi i „przechodził dobrze czyniąc i uzdrawiając" rany owieczek; usuwał jak najusilniej

[1]) Conc. Prov. VI. na końcu.
[2]) I. Petr. IV, 17.
[3]) Jer. I. 10.

guuntur a fictis, quod illi, quae sua sunt, quaerunt, non quae Iesu Christi [1]), pronisque auribus excipientes insidiosa dicta ad Magistrum divinum olim conversa: manifesta teipsum mundo [2]), superbas iterant voces: Faciamus et ipsi nobis nomen. Cuius temeritatis causa, quod etiamnunc fieri saepe dolemus, ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in proelium [3]).

Contra qui societati hominum ad meliora deducendae sincero animo studet, is non propriam gloriam quaerit, sed gloriam eius, qui misit eum [4]); seque ad Christi exemplum conformans, non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius; — non erit tristis neque turbulentus [5]), sed mitis et humilis corde [6]). Hic et probatus Deo erit et salutis fructus consequetur amplissimos.

In eo quoque secernuntur alter ab altero, quod ille, humanis tantum innixus viribus, confidit in homine et ponit carnem brachium suum [7]), hic vero fiduciam omnem in Deo collocat; ab Ipso et a supernis opibus vim omnem et robur exspectat, iterans Apostoli verba; Omnia possum in eo, qui me confortat [8]).

Has opes, quarum uberem copiam Christus effudit, vir fidelis in media

[1]) Philip. II, 21.
[2]) Ioan. VII, 4.
[3]) I Machab. V, 57, 67.
[4]) Ioan. VII, 18.
[5]) Isai. XLII, 2 sq.; Matth. XII, 19.
[6]) Matth. XI, 29.
[7]) Ier. XVII, 5.
[8]) Philip. IV, 13.

nadużycia, które napotykał wszędzie, a których przyczyną była nieznajomość praw, albo ich lekceważenie; przeciw opiniom przewrotnym i wzbierającym falom pożądliwości budował niejako tamy, zakładając szkoły dla chłopców i konwikty dla młodzieńców; mnożąc stowarzyszenia Maryańskie, które poznał w Rzymie, gdzie zaczęły powstawać; otwierając zakłady dla sierót, schroniska dla dziewcząt, będących w niebezpieczeństwie, dla wdów i innych, mężczyzn i niewiast ubogich, albo chorych i starych; biorąc w opiekę ubogich przeciwko srogości panów, przeciwko lichwie, przeciw wywożeniu dzieci i spełniając bardzo wiele innych tego rodzaju dobrych uczynków. Tego zaś wszystkiego dokonywał zawsze takim sposobem, że działanie jego różniło się o całe niebo od zwyczaju tych, którzy chcąc zreformować na swoją modłę społeczność chrześcijańską, wszystko wprawiają w ruch i zamieszanie z próżnym hałasem, niepomni słów: „nie w wzruszeniu Pan“ [1]).

To bowiem także znamię odróżnia, jak wiecie z doświadczenia, Czcigodni Bracia, prawdziwych reformatorów od fałszywych, że tamci „co ich jest, szukają, nie co jest Jezusa Chrystusa“ [2]) i chętnem uchem słuchając słów podstępnych, wypowiedzianych niegdyś do Boskiego Mistrza: „oznajmij sam siebie światu“ [3]), dumnie powtarzają: „uczyńmy i my sobie sławę“ [4]). Z powodu tej zuchwałości, która i dzisiaj często sprowadza skutki opłakane, „polegli kapłani na wojnie, gdy chcieli

[1]) III. Reg. XIX, 11.
[2]) Philip. II, 21.
[3]) Joan. VII, 4.
[4]) I. Machab. V, 57.

quaerit Ecclesia ad communem salutem, in primisque precandi studium, sacrificium, sacramenta, quae fiunt quasi fons aquae salientis in vitam aeternam [1]). Ea omnia inique ferentes qui, transversis itineribus et posthabito Deo, ad instaurationis opus contendunt, nunquam desinunt haustus illos purissimos, sin funditus exsiccare, at certe turbulentos facere, ut christianus grex inde arceatur. Qua in re profecto turpius agunt recentiores ipsorum asseclae, qui speciem quandam religionis nobilioris adhibentes, adminicula illa salutis pro minimo ducunt habentque ludibrio, praesertim sacramenta duo, quibus aut admissa paenitentium expiantur, aut caelesti dape roboratur animus. Quapropter optimus quisque summo studio curabit, ut collata tanti pretii dona maximo in honore habeantur, neve patietur in utrumque divinae caritatis opus hominum studia restingui.

Ita plane se gessit Borromeus, cuius inter cetera hoc scriptum legimus: „Quo maior et uberior est sacramentorum fructus quam ut eius vis explicari facile possit, eo diligentius et intima animi pietate et externo cultu ac veneratione tractanda ac percipienda sunt“ [2]). Illa quoque memoratu dignissima, quibus curiones aliosque sacros concionatores vehementer hortatur, ut caelestis alimenti crebram gustationem in pristinam consuetudinem revocarent; quod idem Nos egimus decreto, cui initium: Tridentina Synodus. „Ad saluberrimum illum, ait sanctus Antistes, sacrae Eucharistiae frequenter sumendae usum, parochi... et concionatores item quam saepissime populum cohortentur, nascen-

[1]) Ioan. IV, 14.
[2]) Conc. Prov. I, Pars II.

mężnie poczynać, gdy nierozmyślnie wyszli ku bitwie“ [1]).

Przeciwnie ten, kto szczerem sercem dąży do poprawy społeczności ludzkiej, „nie chwały własnej szuka, lecz chwały tego, który go posłał“ [2]) i biorąc sobie za wzór Chrystusa, nie będzie wołał... ani będzie słyszan głos jego na ulicy; — nie będzie smutnym, ani zaburzonym“ [3]), lecz „cichy i pokornego serca“ [4]). Ten będzie podobał się Bogu i odniesie najobfitsze owoce zbawienia.

Tem także wyróżnia się jeden od drugiego, że ów na ludzkich tylko polegając siłach, „ufa w człowieku i kładzie ciało za ramię swoje“ [5]), ten zaś całą ufność w Bogu pokłada, od Niego i od mocy wyższych oczekuje wszelkiej siły, powtarzając słowa Apostoła: „Wszystko mogę w tym, który mnie umacnia“ [6]).

Tych środków pomocnych, których wielką obfitość dał nam Chrystus, szuka mąż wierny w samym Kościele dla zbawienia wszystkich, a tymi środkami są przedewszystkiem: zamiłowanie modlitwy, ofiara, sakramenta, które stają się niejako „źródłem wody, wyskakującej ku żywotowi wiecznemu“ [7]). Ale tego wszystkiego nie znoszą ci, którzy błędnemi drogami i nie troszcząc się o Boga, biorą się do dzieła reformy: oni nie przestają nigdy mącić owych źródeł najczystszych, jeżeli nie wysuszają ich całkiem, żeby oddalać od nich owczarnię Chrystusową. W tym wzglę-

[1]) Ib. 67.
[2]) Joan. VII, 18.
[3]) Isai. XLII, 2 sq.
[4]) Matth. XI, 29.
[5]) Jer. XVII, 5.
[6]) Philip. IV. 13.
[7]) Joan. IV, 14.

tis Ecclesiae institutis atque exemplis, et gravissimorum Patrum vocibus et uberrima hoc ipso de genere Catechismi romani doctrina, et sententia denique Tridentinae Synodi, quae optaret quidem fideles, in singulis Missis, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicare“ [1]). Qua vero mente, quo animo adeundum sit sacrum convivium, docet his verbis: „Populus, cum ad frequentem SSmi Sacramenti sumendi usum excitetur, tum etiam commonefiat, quam periculosum exitiosumque sit ad sacram divini illius cibi mensam indigne accedere“ [2]). Quam quidem diligentiam postulare videntur maxime haec tempora nutantis fidei et languescentis caritatis, ne forte ex frequentiore usu debita tanto mysterio reverentia minuatur, sed potius in hoc ipso sit causa, cur probet seipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat [3]).

Ex iis fontibus dives gratiae vena manabit, unde succum trahant et alantur humanae quoque ac naturales industriae. Nec enim actio christiani viri, quae usui sunt et adiumento vitae, despiciet, ab uno eodemque Deo, auctore gratiae ac naturae profecta; sed illud valde cavebit, ne in externis rebus bo-

[1]) Conc. Prov. III, Pars I.
[2]) Conc. Prov. IV, Pars II.
[3]) I. Cor. XI, 28.

dzie gorzej jeszcze czynią nowsi ich zwolennicy, którzy pod pozorem jakiejś religii wyższej za nic sobie mają owe środki zbawienia i szydzą sobie z nich, a zwłaszcza z dwóch sakramentów, z których jeden gładzi winy pokutujących, a drugi pokarmem niebieskim posila duszę. Dlatego każdy człowiek dobrej woli dołoży największego starania, żeby udzielone nam dary tak nieocenione doznawały czci najwyższej i nie zezwoli na to, żeby ludzie stawali się obojętnymi wobec obu tych dzieł miłości Bożej.

Tak właśnie postępował Boromeusz, który między innemi te napisał słowa: „O ile większy i obfitszy jest owoc sakramentów, niż można to wypowiedzieć, o tyle większe powinno być staranie i wewnętrzna duszy pobożność i kult zewnętrzny i cześć, z jaką je trzeba traktować i przyjmować“ [1]). I te jego słowa zasługują bardzo na przypomnienie, w których z największym naciskiem zachęca proboszczów i innych kaznodziejów, żeby odnawiali zwyczaj pierwotny częstego przyjmowania pokarmu niebieskiego, co i My uczyniliśmy w dekrecie, zaczynającym się od słów: „Tridentina Synodus“: „Do owego bardzo zbawiennego“, pisze św. Biskup, „częstego przyjmowania św. Eucharystyi niech jak najczęściej zachęcają lud proboszczowie... i kaznodzieje, przytaczając zwyczaje i przykłady powstającego Kościoła, zdania Ojców, zażywających największej powagi, naukę o tej rzeczy katechizmu rzymskiego, a wreszcie orzeczenie Soboru Trydenckiego, który pragnął, żeby wierni przy każdej Mszy nietylko duchowną, ale i sakramentalną przyjmowali Komunię“ [2]). Z ja-

[1]) Conc. Prov. I. Pars II.
[2]) Conc. Prov. III. Pars I.

nisque corporis captandis fruendis totius vitae finis et quasi beatitas collocetur. His rebus igitur qui recte ac temperanter uti velit, eas conferet ad animorum utilitatem, Christi obtemperans dicto: Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis[1]).

Ordinatus et sapiens hic rerum usus tantum abest, ut inferioris ordinis, idest societatis civilis bono adversetur, ut potius huius commoda maxime provehat; nec id inani verborum iactatione, qui mos est factiosorum hominum, sed re ipsa et summa contentione, usque ad bonorum, virium, vitaeque iacturam. Cuius exempla fortitudinis prae ceteris exhibent sacrorum antistites complures, qui, rebus Ecclesiae afflictis, Caroli ardorem aemulati, divini Magistri ratas efficiunt voces: Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis[2]). Hi quidem, non gloriae cupidine, aut studio partium, aut privati alicuius commodi causa, ad se devovendos pro communi salute trahuntur, sed caritate illa, quae nunquam excidit. Hac flamma, que profanos oculos latet, incensus Borromeus, quum ob praestitam lue correptis operam se in mortis discrimen coniecisset, nihilominus praesentibus occurrisse malis non contentus, de futuris etiam sollicitum se sic ostendit: „Omni rationi

[1]) Luc. XII. 31. -- Matth. VI. 33.
[2]) Ioan. X, 11.

kiem zaś usposobieniem należy przystępować do Stołu Pańskiego, uczy temi słowy: „Wzywając lud do częstej Komunii św., trzeba mu zarazem przypominać, jak niebezpieczną i zgubną jest rzeczą przystępować niegodnie do Stołu Pańskiego“ [1]). Tego starannego przygotowania się należy żądać najbardziej w czasach dzisiejszych, kiedy wiara się chwieje i miłość stygnie, żeby może częstsza Komunia nie zmniejszała czci należnej tak wzniosłej tajemnicy, ale raczej przyczyniała się sama do tego, aby „doświadczał samego siebie człowiek, a tak niech je z chleba tego i z kielicha pije“ [2]).

Z tych źródeł wypływać będzie wielki strumień łaski, który podsycać będzie i żywić ludzkie także dążenia i siły przyrodzone. Działalność bowiem chrześcijanina nie będzie gardziła tem, co jest pożyteczne i pomocne dla życia, a co również pochodzi od tego samego Boga, Stwórcy łaski i natury, lecz tego będzie bardzo przestrzegała, żeby nie upatrywano celu i niejako szczęśliwości całego życia w nabywaniu i używaniu rzeczy zewnętrznych i dóbr cielesnych. Kto więc tych rzeczy używać zechce dobrze i z umiarkowaniem, będzie je obracał na pożytek dusz, słuchając słów Chrystusowych: „Szukajcie naprzód Królestwa Bożego i sprawiedliwości jego, a to wszystko będzie wam przydano“ [3]).

Należyte i roztropne używanie tych rzeczy nietylko nie jest wcale niezgodne z dobrem niższego rzędu t. j. z dobrem społeczności świeckiej, ale raczej największe przynosi jej korzyści, nie przez

[1]) Conc. Prov. IV. Pars. II.
[2]) I. Cor. XI, 28.
[3]) Matth. VI, 33. Luc. XII. 31.

plane consentaneum est, ut, quemadmodum parens optimus, qui filios unice diligit, cum in praesenti tum in futuro eis prospicit ac parat, quae sunt ad vitae cultum necessaria; ita nos paternae charitatis officio adducti, omni praecautione fidelibus provinciae nostrae in hoc Concilio provinciali quinto consulamus provideamusque deinceps, quae experiendo cognovimus, pestilentiae tempore, salutaria esse adiumenta“ [1]).

Eadem haec providentis animi studia et consilia, Venerabiles Fratres, per eam, quam saepe commendavimus, catholicam actionem, in rem usumque deducuntur. In partem vero ministerii huius amplissimi, quod officia omnia misericordiae, sempiterno donanda regno complectitur [2]), selecti etiam e populo advocantur viri. Qui, ubi semel id oneris in se receperint, parati et instructi esse debent ad se suaque omnia plane devovenda pro optima causa, ad obsistendum invidiae, obtrectationi et infenso quoque multorum animo, qui malefactis beneficia repensant, ad laborandum sicut bonus miles Christi [3]), et currendum per patientiam ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Iesum [4]). Acerbum sane

[1]) Conc. Prov. V. Pars II.
[2]) Matth. XXV, 34 sq.
[3]) II. Tim. II, 3.
[4]) Hebr. XII, 1, 2.

próżne przechwałki, w których lubują się ludzie, tworzący stronnictwa, ale przez czyny i najwyższe wysiłki, aż do poświęcenia majątku, sił i samego życia. Przykłady takie męstwa dają nam przed innymi liczni biskupi, którzy w ciężkim ucisku kościoła, naśladując zapał święty Karola, sprawdzają słowa Boskiego Mistrza: „Dobry pasterz duszę swą daje za owce swoje“ [1]). Nie powodując się żądzą sławy, ani interesem stronnictwa, ani dla prywatnej korzyści jakiejś poświęcają się oni dla dobra powszechnego, lecz pobudzeni miłością, która „nigdy nie ginie“ [2]). Tym ogniem, którego nie widzą oczy profanów, płonął Boromeusz, kiedy naraziwszy się na śmierć przez udzielanie pomocy tkniętym zarazą, nie poprzestał na tem, co uczynił dla zaradzenia klęsce obecnej, ale troszczył się jeszcze o przyszłość: „Jest rzeczą całkiem słuszną, żebyśmy, jak ojciec najlepszy, który z miłości ku dzieciom stara się o ich potrzeby obecne i o to, co im będzie w przyszłości konieczne do życia, — żebyśmy, spełniając obowiązek miłości ojcowskiej, na tym piątym Synodzie prowincyonalnym rozważyli jak najstaranniej, korzystając z doświadczenia, co może być dla wiernych naszej dyecezyi zbawienną pomocą w czasie zarazy“ [3]).

Takie dążenia i rady przewidującego umysłu wprowadza w praktykę życia ową działalność katolicką, do której wzywaliśmy już nieraz. Do tej zaś pracy wzniosłej, obejmującej wszystkie uczynki miłosierne, których nagrodą będzie królestwo niebieskie [4]), są powo-

[1]) Joan. X. 11.
[2]) I. Cor. XIII, 8.
[3]) Conc. Prov, IV. Pars II.
[4]) Matth. XXV, 34, sq.

luctae genus, sed ad bonum civitatis apprime cunducens, etiamsi plenam victoriam remoretur dies.

In his etiam, quae modo dicta sunt, illustria Caroli exempla intueri licet, atque inde sumere, quae pro sua quisque conditione imitetur et quibus animum erigat. Etenim quem et singularis virtus et mira solertia et effusa caritas adeo spectabilem effecerunt, nec ipse tamen alienam sibi sensit hanc legem: Ommes, qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur [1]. Itaque quod asperioris vitae sectaretur genus, quod recta semper et honesta retineret, quod incorruptus legum iustitiaeque vindex exsisteret, hoc ipso primorum in se invidiam collegit; reipublicae gerendae peritorum vafris artibus est obiectus; magistratus habuit infensos; in optimatium, cleri populique suspicionem venit; flagitiosorum denique hominum capitale odium sibi conflavit, ad necem usque petitus. Quibus omnibus, quamvis miti esset suavique indole, invicto animo restitit.

Nec modo nihil cessit in iis, quae fidei ac moribus exitio forent, sed ne postulationes quidem excepit adversas disciplinae aut fideli populo graves, etiamsi allatas, ut creditur, a rege potentissimo et ceteroquin catholico. Idemque memor verbi Christi: Reddite,

---

[1]) II. Tim. III, 12.

łani także wybrani z ludu mężowie świeccy. Ci, skoro raz wezmą na siebie ten ciężar, powinni być gotowi poświęcić siebie i wszystko swoje dla sprawy najlepszej, stawić czoło zawiści, mowom poniżającym, a nawet wrogiemu najczęściej usposobieniu rzeszy, która złem płaci za dobre, pracować „jako dobry żołnierz Chrystusa Jezusa“[1]), biedz „w cierpliwości do boju nam wystawionego, patrząc na Jezusa, przodka i kończyciela wiary“[2]). Przykry to zaiste rodzaj walki, ale najpewniej przyczyniający się do dobra rzeczypospolitej, chociaż nie zaraz odnosi zwycięstwo zupełne.

W tem także właśnie co powiedzieliśmy, można podziwiać szczytny wzór Karola i brać z niego, co każdy według swego stanu powinien naśladować i co mu powinno dodawać otuchy. I on bowiem, chociaż odznaczał się cnotą szczególniejszą i przedziwną pracowitością i miłością, nie był wyjęty z pod prawa, wyrażonego w słowach: „Wszyscy, którzy chcą pobożnie żyć w Chrystusie Jezusie, prześladowanie będą cierpieć“ [3]). Przez to, że surowsze prowadził życie, że zawsze trzymał się drogi prostej i uczciwej, że był nieprzedajnym obrońcą prawa i sprawiedliwości, przez to właśnie obudził przeciw sobie niechęć możnych; musiał walczyć z chytrymi podstępami biegłych w polityce i z wrogimi sobie urzędnikami; ściągnął na siebie podejrzenia szlachty, kleru i ludu, a wreszcie nieubłaganą nienawiść ludzi występnych, którzy nawet godzili na jego życie. Temu wszystkiemu stawiał opór z męstwem niezwy-

---

[1]) II. Tim. II, 3.
[2]) Hebr. XII, 1—2.
[3]) II. Tim. III. 12.

quae sunt Caesaris Caesari et quae sunt Dei Deo[1]), atque apostolorum vocis: oboedire oportet Deo magis quam hominibus[2]), non de causa tantum religionis optime meruit, verum etiam de ipsa societate civili, quam insanientis prudentiae poenas luentem, commotisque suapte manu seditionum fluctibus paene submersam abduxit certissimae morti.

Eadem sane laus et gratia debebitur catholicis huius temporis viris eorumque strenuis ducibus episcopis, quibus in utrisque nullae officiorum partes, quae civium sunt, desiderari poterunt unquam, sive agatur de servanda fide ac reverentia dominis etiam dyscolis iusta praecipientibus, sive de ipsorum iniquis imperiis detrectandis, aeque remota tum procaci licentia delabentium in seditiones ac turbas, tum servili abiectione excipientium quasi sacras leges impia statuta pessimorum hominum, qui mentito libertatis nomine iura omnia pervertentes, durissimam imponunt servitutem.

Haec nempe in conspectu terrarum orbis et in media luce praesentis humanitatis geruntur penes quandam potisimum gentem, ubi principem sibi se-

[1]) Matth, XXII, 21.
[2]) Act. V, 29.

ciężonem, chociaż był z usposobienia łagodny i pełen dobroci.

Nietylko żadnego nie uczynił ustępstwa, któreby wyszło na szkodę wiary i moralności, ale nie uwzględniał nawet żądań przeciwnych karności, albo uciążliwych dla wiernego ludu, chociaż wychodziły, jak sądzą, od króla najpotężniejszego i zresztą katolickiego. Pamiętny słów Chrystusa: „Oddajcież, co jest cesarskiego, cesarzowi, a co jest Bożego, Bogu“[1]) i głosu apostołów: „Więcej trzeba słuchać Boga niż ludzi“[2]) — nietylko zasłużył się jak najlepiej religii, ale i samej społeczności świeckiej, którą ocalił od pewnej zguby, kiedy, ponosząc karę za swą niemądrą roztropność, prawie już tonęła we falach rokoszu, przez nią samą wywołanego.

Ta sama chwała i wdzięczność należeć się będzie katolikom naszych czasów i dzielnym ich wodzom, biskupom, jeżeli jedni i drudzy nie sprzeniewierzą się nigdy obowiązkom swoim obywatelskim, czy to będzie chodziło o wierność i cześć wobec panów i „przykrych“[3]), kiedy słuszne wydają przepisy, czy o sprzeciwienie się ich rozkazom niesprawiedliwym; — jeżeli unikać będą zarówno zuchwałej swawoli ludzi, wzniecających rokosze i rozruchy, jak i nikczemnego służalstwa przyjmujących, jakby święte ustawy, bezbożne rozporządzenia ludzi najgorszych, którzy, mówiąc kłamliwie o wolności, wszelkie prawa obalają i najcięższe nakładają jarzmo niewoli.

To bowiem dzieje się w oczach całego świata i wśród jasnego dnia cywilizacyi dzisiejszej u jednego szczególnie narodu, gdzie, jak się zdaje, stolicę swoją

[1]) Matth. XXII. 21.
[2]) Dz. Ap. V, 29.
[3]) I. Petr. II. 18.

dem constituisse videtur potestas tenebrarum. Quo praepotenti sub dominatu iura omnia filiorum Ecclesiae miserrime proculcantur, exstincto penitus in reipublicae rectoribus omni sensu magnanimitatis, urbanitatis ac fidei, quibus virtutibus eorum patres, christiano titulo insignes, tamdiu inclaruerunt. Adeo liquet, concepto semel in Deum et in Ecclesiam odio, retro sublapsa referri omnia, et ad antiquae libertatis ferociam seu verius ad crudelissimum iugum, per unam Christi Familiam eiusque invectam disciplinam depulsum cervicibus, fieri cursum praecipitem. Aut, quod idem significavit Carolus, adeo est „certum atque exploratum, nulla alia re Deum gravius offendi, nullaque ad vehementiorem iram, quam haeresum labe provocari; nihilque rursus ad provinciarum regnorumque interitum maiores vires habere, quam teterrimam illam pestem“ [1]). Quamquam multo etiam funestior existimanda est hodierna conspiratio ad christianas gentes ab Ecclesiae sinu avellendas. In summa enim dissensione sententiarum ac voluntatum, quae propria nota est aberrantium a vero, in una re inimici consentiunt, hoc est in pertinaci iustitiae ac veritatis oppugnatione; cuius utriusque quia custos est ac vindex Ecclesia, in hanc unam confertis ordinibus impetum faciunt. Cumque se neutris in partibus esse, aut etiam causam pacis fovere dictitent, mellitis quidem verbis, at non dissimulatis consiliis, nihil aliud revera agunt, nisi ut insidias locent, addentes damno ludibrium, fraudem violentiae. Novo igitur certaminis genere per hos dies christianum impetitur nomen; belli moles

[1]) Conc. Prov. V, Pars I.

założyła „moc ciemności“. Pod jej panowaniem przemożnem zdeptane są wszystkie prawa synów Kościoła, bo kierownicy rzeczypospolitej wyzuli się z wszelkiego poczucia wspaniałomyślności, szlachetności i wierności, któremi to cnotami słynęli ich ojcowie, szczycący się tytułem chrześcijan. Widoczną jest rzeczą, że pod wpływem powziętej raz nienawiści przeciw Bogu i Kościołowi, wszystko cofa się wstecz i pędzi nazad do barbarzyństwa wolności starożytnej, albo raczej do najsroższego jarzma, od którego uwolniła ludzkość jedna tylko rodzina Chrystusowa i wprowadzona przez nią kultura. Albo też, jak wyraził tę samą prawdę Karol, jest to tak dalece rzeczą „pewną i doświadczeniem stwierdzoną, że nic nie wyrządza Bogu cięższej obrazy i nic nie pobudza Go do większego gniewu, jak dżuma herezyi; — nic też nie przyczynia się bardziej do ruiny krajów i królestw, jak ta straszna zaraza“[1]). Sprzysiężenie jednak dzisiejsze, dążące do oderwania narodów chrześcijańskich od kościoła, trzeba uważać za jeszcze o wiele zgubniejsze. Wśród największej bowiem niezgodności zdań i zamiarów, która jest znamieniem właściwem odstępujących od prawdy, — w jednej rzeczy zgodni są ze sobą nieprzyjaciele, to jest, w zaciętem zwalczaniu sprawiedliwości i prawdy; a ponieważ Kościół jest stróżem i obrońcą jednej i drugiej, więc na niego jednego w zwartych uderzają szeregach. A kiedy mówią o swej neutralności, albo zaręczają, że są miłośnikami pokoju, są to słodkie słowa, które nie mogą zasłonić ich dążeń, bo w rzeczywistości nie czynią oni nic innego, tylko urządzają zasadzki i dodają do krzywdy szyderstwo, pod-

[1]) Conc. Prov. V. Pars. I.

conflatur longe periculosior ac pugnae antea pugnatae, ex quibus tam amplam collegit gloriam Borromeus.

Inde exempla nobis omnibus ac documenta sumentes, pro rebus maximis, quibus et privata et publica salus continetur, pro fide ac religione, pro sanctitate publici iuris, alacri erectoque animo dimicabimus, dolenda quidem necessitate compulsi, sed suavi simul freti fiducia, omnipotentem Deum tam gloriosa in acie militantibus victoriam deproperaturum. Cui fiduciae robur addit Caroliani operis producta ad hanc usque aetatem vis et potentia, sive ad intemperantiam ingeniorum compescendam, sive ad obfirmandum animum in proposito sancto instaurandi omnia in Christo.

Licet nunc, Venerabiles Fratres, iisdem verbis dicendo finem imponere, quibus pluries memoratus Decessor Noster Paulus V. Litteras absolvit decernentes Carolo supremos honores: „Aequum est igitur dare nos gloriam et honorem et benedictionem viventi in saecula saeculorum, qui benedixit conservum nostrum in omni benedictione spirituali, ut esset sanctus et inmaculatus coram ipso, et cum illum dederit nobis Dominus tamquam fulgentem stellam in hac nocte peccatorum, tribulationum nostrarum, adeamus ad divinam clementiam ore et opere supplicantes, ut Carolus Ecclesiae, quam vehementer dilexit, prosit etiam meritis et exemplo, adsit patrocinio et in tempore iracundiae fiat reconciliatio, per Christum Dominum nostrum“ [1]).

[1]) Bulla »Unigenitus«.

stęp do gwałtu. Nowego więc rodzaju walkę musi dziś staczać chrześcijaństwo i wojnę daleko niebezpieczniejszą, niż owe bitwy dawniejsze, w których tak wielką sławę zdobył sobie Boromeusz.

Stąd biorąc przykład i naukę dla nas wszystkich, będziemy walczyli z otuchą i męstwem w obronie dóbr największych, od których zawisło zbawienie jednostek i społeczeństwa, w obronie wiary i religii, świętości prawa publicznego, zniewoleni do tego przez opłakaną konieczność, ale zarazem błogą ożywieni ufnością, że Bóg wszechmocny da zwycięstwo walczącym w tak chwalebnym boju. Ufność tę wzmacnia siła i potęga dzieła Karola, trwająca aż do naszych czasów: ona bowiem i dziś poskramia umysły nie panujące nad sobą, a utwierdza duszę w świętym zamiarze naprawienia wszystkiego w Chrystusie.

Możemy teraz zakończyć temi samemi słowy, któremi wspomniany kilkakrotnie Poprzednik nasz Paweł V. kończy pismo, zaliczające Karola w poczet świętych: »Słuszną jest zatem rzeczą, żebyśmy oddali chwałę i cześć i błogosławieństwo żyjącemu na wieki wieków, który obdarzył współsługę naszego wszelkiem błogosławieństwem duchownem, żeby był święty i niepokalany przed Nim, a kiedy jego nam zesłał Pan jakby gwiazdę jasno świecącą w tej nocy grzechów i ucisków naszych, uciekajmy się do miłosierdzia Bożego, błagając słowem i czynem, żeby Karol Kościołowi, który tak gorąco umiłował, dopomagał zasługami swojemi i przykładem, żeby mu był opiekunem, a w czasie gniewu orędownikiem, — przez Chrystusa Pana naszego« [1]).

[1]) Bulla »Unigenitus«.

Accedat his votis cumuletque communem spem Apostolicae benedictionis auspicium, quam vobis, Venerabiles Fratres, et vestro cuiusque clero populoque peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXVI mensis Maii, anno MDCCCCX, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. X.

Niech do tych życzeń przyłączy się i wspólną nadzieję naszą wzmocni błogosławieństwo Apostolskie, którego wam, Czcigodni Bracia i duchowieństwu i ludowi każdego z was całem sercem udzielamy.

Dan w Rzymie u św. Piotra, dnia 26 maja w roku 1910, Pontyfikatu Naszego siódmym.

PIUS PP. X.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 25. sierpnia 1910.

X. Dr. Władysław Mysor
Kanclerz.

† LEON
Biskup.

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.